Tartufere z sunt p'plexiōis terreē sed hz admixtā parūā substātiā subtilē iuuātē ad penetrandum z ideo scifitate iuuat z maxime sicca quoniaz re cens collecta participāt grossa humiditate maxi me laudantur arenosa in hoc casu. Carnes can crozū participāt notabili uischositate z si cū hoc intēdamus ericatiōni possumus totum sumere cū testa vel facere adustionem eoz modū adustiois posuit Serapio ca. i. de cācro. Et ibi habet singu larem medicīnam ad moruz canis rabidi ita ut dixit. B. qd nunquā uidit aliq'ue mori cū illa medi cina. Et dixit q' cancrus fluuiat sibi debet cū tota sua natura q' rose ēt cū suis capitib' z alia stipti ca z uirtus maxime sicca talia omnia sunt stipti ca sequit in libro meo z mes. excorticaē nō repio apud aucto. mes. sed bene reperio mēsce z sunt pisse vel robilie que sunt genera leguminū ad me lancholicum declināt z stipticū z maxime si excor ticētur z ita credo uelit iacere littera z addit illi' D'cte folia altee. i. maluisi de mecha illius D'cte sunt notabiliter ericatiua z radix z semē eius z stipticitate p'cipiant ut dixit serapio ca. proprio no tate pp illos qui ipsa utuntur ad humectanduz z molificanduz z est vsus cōis medicozū licet. A. ea posuerit maturatiua molificatiua ca. proprio Alumē iamēni est notabiliter stipticū z ericatiuū z est alumē scifū qd a vulgo de pluua d' ita stipticū ē ut phibeat fluxū. hūiditatū accidētaliū dz ipsius poni modica quantitas in compositione su mac sunt genera notabilitatē stiptica tamarscus est arbor iatis vō in ea est stipticitas cum ericatio ne sed eius fructus uehementis stipticat' ut ca. pprio scdum. A. magra est terra quedam rubea in ipsa est glutinatio z stipticitas z est fortior i cō structōe z dixit. d. A. q' est lutū sigillatum centau ra est calida z sicca vsqz in tertio z est ericatiua sine mordicatione sigillat z z solidat uulnera ma la ymo scribit' q' si quoquat' cum carne incissa coniungit eam. Ecce mirabile uirtutem in cō solidando de Aloes manifestuz est quod ē calidū et siccum stipticū extra postum et confortatiuū propter uirtutem stipticitat' que est in eo cuz aro maticitate iam ista omnia uidetis notabiliter in casu nostro conuenire. Ponit consequēter aliā descriptionē que talis est. B. armoniaci ipsuz est gumī quo auruz adheret vnde libzi z p'gameana eo deauratur glutinosum ergo est calidum z ei' ericatio est fortis Turis in hoc non est dubitatio sua glutinositate z aromaticitate quod conuenit aloes a sanguie z d'abat. i. illarū D'tax de hoc dic tum est quō ueniat oim añ. 3. iij. bedelij. 3. ij. dictum est supra ponitur in tali dossi ad refrāgeni caliditatem superiorum accatīe z sacracolle am borum añ 3. i. de accatia auctores uarie loquūt quidam dicāt quod est fructus arboris ut diasco rides. A. dixit quod est succus cuiusdam arboris appellate alcharchi serapio dixit quod est spina barbarica z ex succo fructus z foliozū aliquando fit quicquid sit frigida stiptica et multum iuisca tiua nos autem ut dixit simon tali proprio acatia

Sup' p'par

carentes ex succo prunellorum siluestrius expresso
et decocto ad spissitudinem faciamus sarcacolla
est genus gummi mirabile in casu nostro. Est enim
ut dicitur d. A. glutinatio propter hoc solidat et cre
at carnem et administratur in emplastris et in ipsa est
uirtus adherere faciens etc. Et quia omnia sunt fere gu
mmi dixit ad compositionem terratur in mortario et ma
defiant in principio noctis in aceto et supple sic p
noctem dimittatur deinde terrantur in mane cum
aliquatulo sauiue et inbibatur ex eis. i. i. eis coctum
et ponatur super locum. Ecce quomodo utitur hoc uoca
bulo Emplastrum h. ponit contra aliud emplastrum eius de
scriptio talis est. R. mastice sacracolle et thuris p
tes equales et agregentur in uino de passis. i. dul
ci uel cocto ad maiorem inuiscationem et leniatur. i.
extendatur super pergamenum de pano ad dnam
pergameni quo utebatur ueteres contra ex uitis
intus machagnanos cois usus est ut exfidatur super
pano uel sustaneo omnia hic posita sunt supra decla
rata preter quod de mastice maxime gummi notum ca
lesfactiuum aliquatiter et stipticum minus tamen thure
sed et est inuischarum addit aliud et dixit aliud sile
illi. s. in effectu est id quod fit ex alooe et glutie et thu
re notum est per dicta. Consequenter ponit illam de
scriptio mihi magis gratam cum in ea perfecte
prehendantur omnes intentiones quas querimus
Cuius descriptio sumatur. Nux cypressi Thus et
acacia et balaustie notabiliter omnia sunt stiptica.
Sacracolla sanguis draconis est succus rubeus notus
est restrictiuus et aglutinat ulcera et plagas licij
licij est succus siue sit arboris siue fructus ipsum est
in actiuis fere temperatum sed viscat usque in tertio.
unde restringit et agregat et sic maxime ueniet
in medicinis adunationem facient in casu tamen nono
maxime uenit exicando ex eo sunt suppositoria
de licio ad tenasmonem notata apothecariis et sunt
opiata mira et galle et sauiua equali mensura ter
rantur bene et sufficienter cum gummi prius. s. disso
luto cum uino cocto et fiat ut adhereatur ouo. s.
parti proxime ouo. i. testiculo aut in quocumque lo
co fuerit ruptura quia plerumque ibi est eminentia ut
ouum donec cadat quasi uideatur iuuare quod cum
hoc medicamine sic multo tempore curetur et re uera
est egregium ut patet consideranti diligenter non est
aliquid dictum de mirra et gallis. Sed mirra est
guma calida et est sicut aliquos sicca usque ad tertium
resolutiua uentositatum et in ipsa est stipticitas adhe
rentia et solidat ulcera et sibi precipuum est prohibere
a putrefactione ita quod et mortuum conseruat a fetore
etc. Ecce quomodo multipliciter ualet in casu nono gal
le maxime si colligatur imature habet substantiam
multam terream et restrictio eorum est uehemens et forti
ficant membra lassata debilia etc. Ponit contra
aliud emplastrum bonum quod quibus solidat rupturam
infantum ut. R. corticum granatorum. 3. x. gallarum i
maturarum. 3. v. decoquantur 3. vi. uini stiptici de
coctione uehementi cortices granatorum uehemens
sunt stiptice et maxime grauitati muzillicet balas
tie magis exicent que et uulnera coherere faciunt

capita tamen ipsorum sunt magis stiptica reliquis parti
bus addidit. Quod reducantur intestina ad superio
ra et embrocetur locus cuius aqua frigida et iuiscetur
hoc emplastrum et non soluatur nisi tractata ebdo
moda aut in omnibus decem diebus semel. In his
uerbis est inuit. d. A. quod ruptura in puero aliquando ut cum
est recens facile per medicinas curatur facta. s. re
ductione intestinorum que aliquando fit cuius embrocatio
ne cuius aqua frigida quia illa membra sensibilia per
cepto nocimento contrahuntur uel si cum operatio
ne manuali necessaria reductio fiat et tunc contra
facta embrocatione cum aqua ueri frigoris labia
uulneris adunantur in puero propter ipsorum gradem
passibilitatem. Et ex hoc haberi potest clarificatio
apparentie que ad miracula deducebatur de aqua
fontis in territorio Carauazii ducatus Noli ubi
multi propter introitum in aqua frigida laborantes
descensu intestinorum abiectis brachialibus se ipsos
existimabant curatos cum tamen re uera solidatio
facta non esset et ideo post parum temporis recidi
nabant plures forte aliqui deuotione et fide sanarentur
quibus reductis emplastrum ibi appositum solum
aliquando est sufficiens quod si non sufficiat ad solidatio
tionem quia ibi non apponitur aliquod aglutinans
addidit propter hoc et iuiscetur hoc emplastrum supple
cum aliquo aglutinio uel cum gummi uel dragaga
to resoluto in uino etc. aliud emplastrum mirabile sicut
eum. R. mastice corticum thuris nucis cypressi
et mirre ad exicandum stipticandum adherens fa
ciendum et confortandum glutinis piscium et sacracol
le ad inuiscandum omnium partes equales dissoluatur
glutie in aceto uini et agregentur cum eo medici
ne et fiat ex eis emplastrum addit. Et fortasse sufficit
emplastrum infantibus quod fit ex balaustis et psillio et ra
dice lilij siluestris de balaustis dictum est quomodo
ueniant exicando et stipticando de psillio magna
apud auctores reperio discordiam. Nam d. A. fo
ca ponit ipsum frigidum et humidum in fo. i. z. tertij
ca. de uomitu ponit iustificando unam descriptio
nem quod psillium est stupefactiuum Serapio ca. pro
ponit quod est frigidum in fo sed temperatum in passiuis
Idem Auerois quanto colliget et tamen experientia
patet quod dissipat exituras et ulcerat in fine. Credo
in ista difficultate esse dicendum sicut idem dixit
d. A. fo can. in canonibus generalibus cap. i. ul
tra prohibemur ubi postquam posuit quod in medicis sunt
quedam in quibus sunt due substantie diuerse se
cundum naturam absque permutatione omnia dixit quod ex
eis sunt que sunt sensu sic apparentes diuerse sicut
partes citri et ex eis sunt que sunt magis occulte
uidetur enim ut dixit ipse quod cortex psilij et logmuri
de granis quod de istis utimur in medicinis et quod est su
per eius corticem sit fortis infrigidationis et medu
la et farina que est in ipso est fortis calefactionis ita
ut sit medicina rubificans et ulcerans et cortex
eius est sicut uelamen distinguens inter ea hec. A.
Et ideo pratici cum uolunt uti psillio ad infrigi
dandum infundunt in aqua tepida et ab eo educi
tur in aqua mucalago que latebat supra cortice
secundum quam partem est frigidum et redditur

humidum saltem per infuxionem ⁊ fit ut aliquan-
do fit stupefactum maxime si infundatur in aqua
lactuce ul' temperuive ꝛc. Substantia uero intri-
fica est notabiliter calefactiua ⁊ exicatiua ⁊ ideo
si rumpatur nel terratur operatur ita ut disrupat
exituras per hoc q̄ penetrat uirtus medule eius
que calida ē ⁊ exicatiua ita ut sit ulcerans ⁊ id q̄
ē crudum ex eo facit etiā cruda magis ⁊ refrenat
eam ⁊ hoc ē q̄ non actuatur nisi pars superficial'
frigida tātum quando autem rumpitur ⁊ infundi-
tur in aqua s̄m quem modum utimur eo in ēplis
ad rupturam ⁊ maxime ad ramicem intestini ifan-
tium ⁊ eminentia umbilici ut Serapio in ca. pro-
prio de psilio tunc refrangitur intensa calidit' que
ē in substantia per infuxionē ⁊ permixtionem cuz
parte mucilaginosā quelatebat in superficie ⁊ sic
redditur totum aliquantulum uischofum cum aliqua
li confortatione ⁊ sic in casu nostro ualet taliter
igitur eo utamur ⁊ istum modum posuit Serapio
loco allegato Radix lilij siluestris albi que quan-
tum ad substantiam terream ē desicatiua ⁊ ē cali-
dum confortatiuum yreos tamen ē in omnib' illis for-
tior ⁊ ē cum hoc stipticum ⁊ forte de illo loquitur
d. A. b. addit ⁊ fortasse sufficit nisi ut facias ēplm
ex lenticula aque. Istam eandem sententiā po-
suit Serapio q̄ confert crepature intestinali in
fantium ⁊ forte a tota substantia ē ipa herba que
dam que notat supra superficiem aque maxime
paludibus multum uiridis ⁊ ē rotunda filia figu-
ra lenticule. Et fortasse sufficit ut leniantur eo-
rum rupturę cum bedelio dissoluto in uino ⁊ oleo
sambucino ⁊ castoreo de bedelio dictum ē oleuz
sambucinum habet uirtutem desicatiuam ⁊ con-
glutinatiuam resolutiuam temperate dixit. S. In
sambuco uirtus eius prima ē que desicat s̄ ē que
incarnat ⁊ resoluit temperate castorium ē notabi-
liter resolutiuū ⁊ exicatiuum ideo maxime ualet q̄n-
t' aquosa ut dixit textus addit ⁊ fortasse sufficit si
ad curam cum sanich ⁊ ordeo uel pultribus ordei
in quibus ē uiscositas ⁊ glutinatio maxime si redu-
cantur ad spissitudinē empli ⁊ sic habemus expo-
sitionem totius cap. Consequenter sumendum
ē cap. ⁊ deinde ponendus ē modus magis ordina-
rius domesticus ⁊ clarus in opere apponendo ē
electas magis medicinas in isto casu. In cap. *Epil.*
igitur primo posuit oparationem in facilitate re-
ductionis hernie intestinalis bursalis ⁊ inguinalis
⁊ in summa dixit q̄ facilius reducitur inguinalis.
⁊ que ē desuper q̄ bursalis deinde ipse fecit memo-
riam cuiusdam singlis in ista materia ut quod ad
consolidationem primo preueniat desicāda humi-
ditatem accidentalem membri dilatati ad aduna-
tionem labiorum faciendam deinde principaliter
ipse ponit modum in reductioe si ē aliquantulum diffi-
cilis ⁊ ibi ut. s. dixi modo retrogrado insinuauit q̄
primo uideatur si pertractando tātum manib' re-
ducatur ⁊ si nō ponatur pānus calidus ad euapo-
rationem uentositatis que ē aliquando in causa.
Et si non sufficit q̄ ibi forte sit alia materia impe-
diens tunc ponatur filtrum in balneo infusum.

uel decoctione que fomentatio si fortassis nō suffi-
ciat tunc ponatur in balneo ⁊ hoc signanter fecit
propter cam necessariam ut. s. dictum ē. Conse-
quenter facta reductione dedit nobis modum cō-
seruandi debitum ipozum situm cum ligatura ⁊
strictura manifestando formam stricture ⁊ maxi-
me plumazoli in hoc q̄ non sit sperice figure ⁊ i ce-
teris non dedit formam n̄ dari pōt q̄ talis ligatu-
ra fit etiā propter preparare agregationem labio-
rum uulneris que aliter ⁊ alio modo fit sc̄dm diuisi-
tatem sc̄sure ut idem dicebatur. Et dixit q̄ nō
oportet ut tali rupturę appropimet ferrum oio q̄
q̄o intelligatur dictum ē ibidem. Consequen-
ter ipse ponit medicinas ⁊ primo agregationem faci-
ent' fo consolidantes ⁊ prius eas que per interius
sumuntur ⁊ consequenter que per exterius usqz ad
illam partē ⁊ de ēplis conueniente ꝛc. ubi ponit me-
dicinas facientes ad consolidationem ⁊ pio cōes-
fo contrahendo ad rupturas infantium ⁊ in sumaz
fuerunt viii uisitis istarum omnium clarificatio
nem. Jam igitur agredior ordinem habenduz
in opere ⁊ quoniā alia intentio ē ad morbum alia
ad cam alia ad accidens ⁊ non potest hic perfici
cura morbi nisi sumatur primo a remotione acci-
dentis ut a descensu intestinorum primū igitur
p̄itato corpore si intestina sint in osseo reducātur
s̄m modum dictum circa lram ⁊ iungatur quies
infirmitate ymo iaceat supinus cruribus aliquantulum
eleuatis ⁊ ordinetur dicta declinando in oibus ad
regimen exicatiuum ⁊ in principio aliquantulum cale-
factiuū et in processu minorato exicatio tātuz ad
bibeantur cum stipticis aliquantulum glutinosa
ut pedes uitulorum gelatine uina grossa nigra aliquid
ter dulcia cibaria de pasta ouis surbilia recentia
uel modicum cocta caseus recens modici salis ⁊
huiusmodi utentur oster oia aperitiua humectā-
tia lubrica ic̄siua subtiliatiua ⁊ acuta aperitiua
ut uina alba semina calida ut anexam fenicula ⁊
taliam humectantia ē ⁊ lubrica ut brodialia rape-
ficus uue cassia pruna ⁊ talia inc̄siua ut acetosa
oia subtiliatiua ē utentur ut spēs acute ut cinamo-
num. 33. macis galanga piper ⁊ similia ⁊ radices
acutoꝝ calidorum ⁊ subtiliatiuoz ut cepe rassani
alia ⁊ talia oia utentur quoniā talia omnia uide-
tur in cam relaxationis uel solutionis imediate ul'
saltem mediate addere. Sed ad medicinalia
magis ueniendo habendo intentionem ad causas
relaxationis uel prohibitionis consolidationis q̄ ē
humiditas superflua prohibitio cuius ut supra di-
cebatur in cap. de cura in generali in fine fit cum
euacuatione ⁊ equatione cibi. i. dieta de qua iam
dictum est sumatim restat ut fiat euacuatio prio-
tamen facta ipsius digestionē cum appropriata
sirupis inter quos laudo sirupum talem domesti-
cum. 8. mellis roxati collati. 3. ij. sirupi de sticha-
dos sirupi de duabus radicibus sine acceto añ. 3.
5. cum aquis betonice melisse ⁊ mente añ. 3. ij.
miss' pro duabus vicibus ⁊ continuetur quicqz vel
sex diebus post quem sumptum in auroza dormia
tur per horam ad minus ⁊ tardetur prandium ho-

Ordo huiusmodi p̄tura

Dicitur

*Ad medicinalia
iuncto ad causa relaxandi*

Syrus domesticus dicitur

rio tribus. Et si placeret facere sirupum magistra
lem habentem hanc comunem intentionez et in
tentionem appropriatam et in exicando et prohi
bendo dilatationem vulneris et adunando labia
vulneris distensa preparando ad consolidationem
potest fieri sirupus vt infra. R. radicum anagali
ci vel anacalis secundum. d. A. secundo can radi
us Serpentarie et celidonie cipi Serpilij mente
melisse nepite gatarie camedreos an. M. i. duo
quantur in aqua vsq; ad medietatez et collentur
et ad omnes duas libras istius decoctis ponat libz
j. mellis vel zuchari et dequoquatur vsq; ad per
fectionem sirupi et exhibeantur ex eo. 3. ij. cu3 to
tidem aque betonice et mente et continuetur vt su
pra et clarificetur aromatizādo cum mace et lau
dano quoniam ut dicit Serapio secundum Gal.
agegant etc. Quibus sic sumptis sirupis exhi
beatur medicina solutiva flatis in corpore comu
nis habitudinis ut infra. R. agarici electi subtili
ter triti. 3. i. 5. 33. 3. i. icorpozetur in forma trocif
corum cum orimelle. s. exicentur in umbra per
diem deinde dissoluantur terrendo et infundantur
in aquis melisse betonice et rute ad minus per ho
ras decem deinde facta bona expressione collatu
re addatur ell'ij idii. 3. ii. mellis roxati. 3. ii. misse
et fiat potio ualeat hic benedicta Nicholay con
fectio de datillis ualent ell'ij indii mai^o precipue
confectio etiam all'az mesue hic singulariter
ualeat quoniam confortat uiscera molificata eua
cuando superfluit in toto corpore ex his potest fie
ri confectum in forma bolli cum zucharo appone
do dosim conuenientem que in locis propriis per
quirantur et in forma pillata ualent pille auree
dicte turbice que tamen multo fortiores sunt secu
dam. N. nec sic in proposito placent sicut pille me
sue ualent pille fetide. ualent singulariter pille
de bedelio quia preter id quod euacuant constri
gunt conueniunt etiam agregatiue maiores pp
ter bdelium et merabolanos et reliqua multa in
casu nostro conuenientia. Et tales medicine ma
xime proficiunt in descensu facto per relaxatio
nem exhibeantur secundum modum medicinaru
acutarum exhibendo lanatinum ex aqua mellis
hora conuenienti etc. Et post euacuata bene
mam isumptoe ueniunt medicine triachales de
quibus supra in capitulo dicebatur ut salzanea.
mitredat etc. unde sequenti mane exhibeatur po
tio ut infra. R. mitridati. 3. i. diabugl. 3. 5. cum
uino calido parum sumatur Sequentibus dieb^o
duobus uel tribus in mane per duas uel tres ho
ras ante pastum sumatur morselum unum ofec.
de quibus supra ut dianix. ciaciminum et huius
modi ad resoluendum et exicandū. Et hoc qua
tuz ad ea que interius sumantur intentione habita
ad causam. Sed quantum ad exterius sumen
da primum laudo ut fiat medicamen. d. A. secun
dum hanc formam R. sanine M. i. nucum cipssi
et foliozum eius an. 3. 5. bulliant in uino nigroz aq
equalis quantitatis bona decoctione deinde facta
collatura omnia simul bene pistentur et cu3 oleo

camoilino redigantur in forma emplastri et super
ponatur calidum super loco rupture et bis in die
mutetur. Et si apponatur parum melis ad conti
nendum erit conueniens potest etiam in decoctio
ne eadem infundi petia triplicata et loco superpo
ni et pluzies in die hoc fiat epitimando ad hanc i
tentionem ualeret decoctio spice squinanti absin
thii camedreos serpilli cipi nucisthusch. et similia
et ex pulueribus horum uel aliquorum istoruz cu
oleo de menta costo spica et similibus et modico
cere fieri potest unguentum ad super unguendum
Et ista eadem continuentur a principio superpo
nendo laminam cum brachali ut supra dicebat
ad prohibitionem defluxus cum cōtingat aliqua
do per lectum moueri uel sedere posset ad hanc i
tentionem fieri cerorum cu3 uirtute medicaminū
de quibus pauloante dictum est. Sed non est ma
gna cura quādo talis exicatio humiditatis et adu
natio labiozum adinuicem satis breui tēpore fiet
In quo etiam tempore laudo ut stomachus in di
gerendo iuuetur cum aliquo unguento stōatico
uel cirotone superfluitates aquee multiplicētur
etc. Expedita hac intentione nunc ad morbum et
consolidationem restat principalis intentio que
cum stipticis et exicatiuis et glutinosis perficitur
interius et exterius per interius igitur compleri po
test cum pulueribus per os in ell'is pillis confec
tionibus in morsellis que et si multipliciter varia
ri possint tamen propter non multiplicare nimis
remedia unde aliquando fit ut difficulter electior
habeatur medicina ponam tantummodo exem
pli causam unam et apere meo electionem pul
uis igitur in casu conueniens sit talis. R. stripi
tum Serpilli montani caude equine et radice
eius radice figili Sancte Marie anna. 3. ij. ra
dice ualeriane. 3. iij. ista sola ut refert Lafran
chus Mediolanensis per se curauit pillorum le
poris bolia turis ematites anna. 3. i. acatie mu
mie anna. 3. 5. misce fiat puluis subtilis de quo su
mat in mane cum modico uini rubei tribus die
bus. Sequentibus uero diebus quattuor su
mat sirupum ut in fen. R. omnium consolidaz
corrigiole plantaginis quinqueuernie anna. 3. i.
roxarum thuris masticis ematitis anna. 3. ij. mir
tilorum sumac sanguis drag anna. 3. i. et decoqua
tur in aqua pluuiali et cum zucharo siropizetur
potest etiam exhiberi ante cenam per tres horas
stomacho uacuo cum aqua mente et plantaginis
et si cum eo posueris parum pulueris leporis uiui
in olla combusta melius operabitur post istos dies
sumi potest ad quantitatem nucis in mane cum
uino nigro de ell'io ut in fen. R. radicum ana
gali bene decoctarum in uino nigro et postea op
time contrictarum et mellis dispumati anna libr
.ii. quoquantur lento igne usq; ad perfectionem
et postea superponatur puluis infra scriptus.
R. sanguis drac. 3. 5. masticis et pillozum leporis
incissozum anna. 3. ii. lapis ematitis. 3. i. nucis ci
pressi 3. ii. gariofolozum macis cinamomi nucis
muschate anna. 3. 5. ciperi 33 croci an. 3. i. et bñ

Syd magnifant

Mona plura fligis

Dingulstie ualeat pille de

Medici turanib

Ab. 2. 8. 8. laudat mi? dunt

dragant

incorporentur & vsui referentur. In hoc etiam valeret Elluz gentillis sed vt promissi non intedo remedia multiplicare & illam descripte posui in cõ scilio meo in tali casu pro quadam nobilissima domina brogunda ibidez si placet recuratis pilfe precipue in isto casu valentes sunt gentilis artifice multum & singulares descriptio quarum est vt in fen. R. rasur vel limature ferri. s. calibis. ʒ. ʒ. pillorũ leporis minutissime incisozum. ʒ. iij. nucis cipressi mumie sanguinis dracõis ypogstides olibani acazie añ. ʒ. iij. nasturzij draganti mirre ci peri añ. ʒ. i. terratur & conficiantur cum supo consolidate maioris. Sed notate precipue quod nocte qua sumatur debet patiens tenere super loco fracture magnetem sufficientem magnitudinis lenẽ & aplanatam super carne nuda potest etiam fieri confectio qua vt potest ante cenam per horas duas in hac forma. R. draganti gumi rabici assiliorum roxarum siccarum & seminis eius spodij acazie ypoquistidos amilij lapis ematitiboliar meni terre sigilate coralli añ. ʒ. i. turris nucum cipressi ciperi añ. ʒ. ʒ. croci & cinamõi añ. ʒ. ʒ. pulueri zentur & cum zucharo dissoluto in aqua mente & portulace quod sufficit & fiat confectio i morte & portulace quod sufficit & fiat confectio i morte & ceroti licet cerotum sit conuenientius ad hanc intentionem propter causas supratractas de singulis tamen habeatur in opere maior copia ponam exemplum primo epithimatis vt in fen. R. sanguinis porci veteris sani libr. ij. liquefiat & cõ cinere radicis caparis & pulueris nasturzij misceantur & cum peria epithimetur & si parum gumi in vino nigro dissoluatur & secum misceatur erit conuenientius Empmum fiat secundum hunc modum. R. picis navalis collofomie añ. ʒ. vi. sanguis drag. ematites mirre & mumie aristologie rotunde & longe añ. ʒ. i. roxa. galarum consolidate maioris & minoris añ. ʒ. ʒ. omnia propter gumas puluerizentur que dissoluantur in vino & cum albumine oui quod sufficit ad incorporandũ & fiat epluz possit ad necessitatem sine magno ministerio fieri. R. zuchari roxati ʒ ij. michlete atanasie añ ʒ. ij. omnia simul misceantur & loco epli superponantur & si non sit spisse sibe addatur de diacotontem sine speciebus quantum sufficit. Et non mire ris si ista etiam exterius vnguentum fiat secõdũ hunc modum. R. olei mirtilozuz. ʒ. i. ʒ. olei roxati. ʒ. ʒ. lapis ematitiboliar mastricis boliar mumie sanguinis drag. semis nasturzij añ. ʒ. ʒ. ponantur in cazolla oleum super ignem & buliat & tandem cuz cera quod sufficit & fiat vnguentuz fiat etiam Lerotum vt in fen. R. glutinis pisciu & glutinis de cozijs bouum gumi arabici draganti mastricis boliar sanguinis drag. añ. ʒ. ij. turis. ʒ. iij. picis grece. ʒ. i. picis navalis. ʒ. ij. mumie. ʒ. ij. glutinis carpentariozum. ʒ. ʒ. liquefiant pix navalis & greca ad ignem & cum liquefacte fuerit addatur glutina & his liquefactis & incorporatis depo

nantur ab igne & superponatur puluis supraferi ptozum & bene incorporentur & cum infrigidari inceperint fiat ex eis magdaleon & referuetur extendendo super corio & in tempore renouando vt supra dictum est. Et de istis sum contentus quantum ad localia. Quando tamen ista localia nõ sufficiunt in certa hernia ad perfectionez cure conuenit approximare cauterium vt in facta a relaxatã panicali siphacis descendẽtis cum intestinis inter mirac & os femoris & in facta etiam ex dilatione meatuum nisi fiat a siccitate vt aliquado fit vrs dicebatur secundum Anenzobar quando in complone humida naturali aqua vt multum talespendent dispositõnes conueniunt omnes autõr super iuuamento cum cauterio in eis exicanõdo humiditatem superfluam & membrum confortando & membra adunando elongata. Sed nõ quid cauterium melius sit cum medicina comburente vel cum ferro ignito determinauit Albucasis particula. 30. azarani capitulo primo in his verbis. Et scitote filij quod ex secuto curatiõis per cauteriũ cõ igne & bonitate eius super cauterium cum medicina comburente est quoniam ignis est simplex cuius actio non peruenit nisi ad membrum quod cauterizatur & non nocet membro alij coniuncto nisi nocumento paruo medici nevero combureni actio peruenit ad illud quod elangatur ex membris & fortasse facit accidere in membro egritudine & difficilis sanationis & fortasse interficit &c. Et causa huiusdicti vt colligi potest ibidem ex verbis suis sumitur ex actualitate & simplicitate substantie ipsius ignis & potentialitate & comissione substantie ipsius medicine nam medicina quia paulatim ad actum sue operationis deducitur & dolorem prestat tempore longo facit humores currere versus loca propinqua & aliquando propter ebullitionem in humoribus factam causatur febris maxime quia tale factum agit putrefaciendo vt aliquid quinto de simplici medicina colligitur & quia longiorẽ effectum inducit quã cauterium ignis ex eis multotiens derelinquitur malicia complexionis in membro difficilis fortior sanationis quod non facit ignis cuius actio est subita est tamen dolor ignis intensiue maior quam medicine quoniam vt dixit Serapio de simplicibus in sermone vniuersali de secundis virtutibus medicinarum simplicitate substantie tarde alterat & paulatine ideo alteratio non sic est sensibilis sicut alteratio ignis subita. Regulariter igitur eligibilior est operatio cum ferro quam cum medicina. Et potest sumi etiam ideo ex hoc quod magis i potestate nostra est vt auferamus cauterium ferreum cum volumus quam cauterium medicine & maxime liquide. In aliquibus tamen casibus contingit vt eligatur cauterium cum medicina primo vbi infirmi eẽnt timidi credẽtes maiorẽ dolorẽ mltro & ipõtabiliozẽ ex igne q̃ medicina ita vt neq̃ paterent

D. conueryb

D. huius vniuersali

Alia vniuersali

In aliquibus casibus

ptk

Sp

Emp

DD

Cr

sibi applicari ignem tunc eligimus medicinas p
 pter quod dixit. d. A. tertio can fen. xv. Si sple
 neticus nō tollerat ignē admittent cauteria cuz
 medicis secundus casus est in fistula antroffa cu
 ius orificium est multuz angustū stante profundi
 tate lata ubi nō posset sine grandi p̄rium circūstā
 tium lexione in profundū p̄tingere z tunc eligim⁹
 apponere medicinas tertius casus ē ubi locus sit
 multuz neruofus uel artariosus sup que membra
 amplius pōt imprimere cauterium cuz igne min⁹
 aūt ledit cauterium cū medicina debite cōstructū
 cū eius uirtus non sit adeo uehemēs. In his igit
 casibus eligimus cauteriuz cuz medicis de mate
 ria nero cauterij actualis z si scōdum aliquos mo
 dernos multiplex reperiat tñ veteres duplex me
 tallum acceperunt vt auruz z ferrum z qđ ipso
 sit eligibilis in hoc multū veteres añ albucasim
 sunt diuersificati. Sz dicissio stet in hoc qđ de cau
 terio possumus loqui dupliciter. scđ secundū se tātuz
 alio modo in relatione ad operantez medicū. Si
 de ipso fiat cōsideratio fm se tñ sic manifestum ē
 qđ cauteriū auri eligibilis ē cū aurū sit metaluz
 nobilius quā sit ferruz z magis tēperatū z huma
 ne nāe magis p̄portionatū si autes sit cōsideratio
 ad opantem sic cauteriuz cuz ferro ē laudabilis
 qđ in tali cauterio auri pōt esse deceptio z ideo oꝝ
 vt caueatur ille error medicuz esse multum exer
 citatum qui cognoscat z exp̄ientia sciat comēsu
 rare calozem ignis in eo ita ut nō sic igneat vt liq
 scat z in laminas quertat z nō sic fiat debilis igni
 tio vt infrigidetur añ cauterizatiōē perfectam z
 qđ pauci sunt tales ne igitur accidat error melius
 ē vti cōiter cauterio ferri qđ auri vt Azarianus di
 xit loco supra allegato z ideo cōciliator differētia
 cccxxvij. diuisit istam mām in duobus verbis sic
 absolute eligen ē cauteriuz auri quo ad plures at
 ferri de tpe vero cauterizationis z qbus in corpo
 ribus magis ueniat hic nō tractabo cum iam vi
 deamur satis in principali digressioe p̄posito z si
 p̄tineret factum sit si diligenter lector cōsidera
 bit. Sed p̄ hac tota materia ad maiorē copīā
 z integritatem recurratis ad cōciliatorē differētia
 cccxxvi. z. cccxxvij. vbi clare hec hēbitis z ad aza
 raniū loco allegato z ad ea que scribuntur cōiter
 per doctores sup quarta primi ca. xxxviij. ad p̄po
 situm aūt nostrum redeundo dicamus qđ in casu
 nostro cauteriū vtrūqz p̄t uenire vt p̄z p̄ iuuamē
 ta ipsius que colligunt a. d. A. loco allegato i p̄zi
 cip. ca. Sed vt ad opus veniamus in casibus n̄ris
 vbi sit sola relaxatio paniculi v̄l didimi dilatatio
 Et vellimus vt cauterio potēiali habeatur ta
 lis ordo vt primū distēso corpore precipue ei vt te
 neat anellitū suū ita vt appareat locus relaxatio
 nis vt expresse concludere possit de dilatatiōe di
 dimi quo facto signa locū sup os femoris z appo
 namus medicamē super loco icipiēdo ab ore z
 augmentando procedens donec ad debitā quāti
 tatē perueneris z qñ locus circulariter fuerit exfi
 catus ueniēter p̄fundādo p̄cedas successiue di
 minuendo scđm p̄cessum augumēti precedentis.

z cum profundavis vsqz ad paniculuz exclusiue
 tunc cura locū cauterii facta excara cū butiro do
 nec remoueatut excara deinde cura cuz reliquis
 consolidantibus donec sanet semp tñ iaceat sup
 dorsum donec sigilletur vulnus. Cauteria vero
 ueniētia nō sint sbe grosse z terree. neqz aquee
 fluxibilis sed sbe medie in forma vnguētū pōt igit
 tur fieri cauteriū ex sapone nigro z calce viua z
 cum succo affodilozū incorporatur. Sit et bonuz
 cauteriuz ex fermēto z cantaridib⁹ abscissis alijs
 z capitibus z acceto fortissimo z melle anacardi
 no fit et ē plus quod fuit Rasis in hac forma. R.
 Sinapis piperis ensozbiij puluerizatoꝝ subtr̄r añ
 3. i. mellis anacardini qđ sufficit ad incorporari et
 fac eplum medie sbe multa alia habentur apud
 Cirugicos fortioza et minus fortioza quozum h̄nt
 exp̄ientiā et doloris et t̄pis quo cōiter faciūt opatō
 ne et sup exptis magis ē cōfidendū vnguētū ue
 niens ad consolidari remota excara fiat vt i fen
 R. aristologie rotunde yreos mirre olibani sacra
 colle añ. 3. i. 5. diadraganti gumi rabici sanguis
 drac añ. 3. 5. ceruse lote litrigerij infuxi in ace
 to per noctez añ. 3. ij. olei roxari. 3. iij. cere quod
 sufficit z fiat vnguentum vel fiat medietas tantū
 Item vnguentum de cerusa valet z cum his vsqz
 ad perfectionem curetur. Et si noluerimus vti
 cauterio cum igne modum habetis cōmuniter a
 praticis. Sed describam vobis modum quem po
 nit albucasis particula. 30. Azarianij parte prima
 capitu. xlv. primum igitur precipias infirmo vt
 die illo abstineat a comestione deinde sedeat in
 ter manus ministri supposito plumatio sub cossis
 z ipso ligato cum bindis insticis quantum ad cru
 ra pectus z brachia teneat tunc anellitum suum
 vt manifestetur locus hernie z signetur cum in
 caustro in circumferentia z tunc habeatur instru
 mentum ignitum cuius figura sit semicirculi z po
 natur super signatum locum manu ministri cum
 cauterio stante recta et teneat sic ipsum donec cō
 sequatur vsqz ad os et si non potuerit consequi in
 vna vice secundetur cauterium quia vt dixit auc
 tor si non consequeris cum cauterio vsqz ad os
 non conferet operatio tua. Lredo esse veruz stan
 te dilatatione didimozū et deinde circa locuz cau
 terij post tres dies cum butiro donec remoueatut
 excara demum curetur cum reliquis vnguētis
 vt supra dicebatur verum est tamen quod Albu
 casis posuit curam rupture cum cauterio rupto
 paniculo z descendētib⁹ intestinis in osseum z
 est multum timozosa operatio siue sit cum caute
 rio medicine siue cum cauterio actuali quia sem
 per dubium est ne cum cauterizas exeat intesti
 num z cum cauterio istud contangas et ipsum
 comburas est igitur maximus timor neque ego
 laudo fieri debere. Sed si pur operatione ma
 nuali vti velimus melius conuenit incisio z sui
 tio que et p̄p dolorē est suspecta ita vt. s. dixit. d.
 A. Et oportet vt non approximet huic rupture
 oino ferrū. Et ibidez cōcordaui sententias auctozū
 Si igitur aliquando uenit operatio manualis

29 mly 1/2 fistula antroffa

*29 mly 1/2 de long 7 mltud nemo
 sbe v̄l auroso*

Quid v̄m̄qz artuat

Didim 7 cōm̄tū auy 7 diḡo

*Quod opat̄ v̄m̄qz f̄m̄
 diḡo bilis*

Relig 7 q̄m̄ v̄m̄ f̄m̄ q̄ m̄o

*29 mly 1/2 7 lapa 7 v̄l de lapa
 7 v̄l v̄m̄qz*

fit incisio z hoc in ruptura leui inguinis nō descē
 dentibus intestinis in osseum z eo casu talis ha
 beatur ordo vt primū facias infirmuz ambulare
 z si est necesse saltā vt bene manifestetur vbi sit
 totus locus eminentie z signa locū deinde fac in
 firmū iacere super dorsum suū inter manus tuas
 z percipe vt ligetur vel teneatur a ministris dein
 de incide locum rupturę p latitudinem sectione
 tendente secundū quātitatez triū digitorū deinde
 excoria mirac donec siphac appareat z si aliquid
 ex intestino extra siphac apparuerit reduce illud
 in locum suū. Et si nihil extra fuerit vel si reduxi
 sti cum sit pns alius minister qui iponat extremū
 instrumenti radij siue stilli super siphac vt intus
 contineat intestinū z phibeat ipsum ab exitu dein
 de oportet vt suas virūqz latus siphac futura fir
 ma z hoc facies continuo tenente alio ministro di
 ctuz instrumentum ad phibendū exitum intesti
 ni cūqz susti tunc extrabe instrum z nō incidās
 ex siphac aliquid oīno deinde cura vulnus cura
 vulnerum mirac penetrantiū oportet tamen vt to
 tpe curationis vt sit supra dicebatur iaceat in
 firmus supius donec sit pfecte sanatus non expe
 dit hic singulariter omnia in hoc opere pertinen
 tia declarā ne ponam⁹ ca. in ca. s3 sufficit ea ap
 ponere que huic loco sunt magis necessaria. Ad
 habendam aut pfectam notitiam curationis vul
 nerum mirac penetrantiū recurratis precipue ad
 d. A. iij. quarti tractatu primo ca. vij. z. viij. cum
 quibusdam sequenti. Et cum istis sit finis execu
 tionis in opere huius ca. laus deo.

De cura hernie aquose

Quandoqz euacuatur

Posita cura hernie intestinalis vel zir
 balis cōter ponit curam aquose z duo
 facit principaliter in ca. quoniā primo ostendit q
 bus operationibus curari pōt secundo psequitur ip
 sas operationes ibi secunda. In opa⁹ vero de pri
 ma dicit q quqz euacuatur aquositas eius .i. her
 nie cum zebel. i. cum instrō pforandi licet aliquā
 do sumatur p pforatione ydropicozū vt Serapio
 ca. de ydropiti gradato. i. paulatim euacuāte. Et
 qnqz euacuatur cū eplīs extrahentibus aquosi
 tatem z post id qnqz fit cum ferro supple ignito
 cum medicis acutis calefacientibus id quod seq
 tur rupturaz ex siphac. i. cū medicis causticis q
 stringitur z non descendit aquositas. Pro itel
 lectu huius partis ē primo aduertendum q. d. A.
 hic terigit in genere tres modos operationis ad
 curaz huius hernie primo cum bezel gradato vt
 videbitur secundo cū eplīs superpositis bursę isen
 sibiliter resoluentibus z exicantibus tertio cū cau
 terio z h duplr qz aut cū igne aut cū medi. causti
 cis Causa aut qz pforatio z euacuatio materie
 debet esse gradata ita vt primuz pars euacuetur
 z modica deide alia pars maior z alia successiue
 maior vsqz quo fit tota euacuata potest colligi q

similia his que scribuntur ē. xiiij. tertij ca. de cu
 ra ydropisis ascblitis vbi postquā dixit. d. A. de in
 cisione vero mirac. scias q parū pficit nisi in cor
 pore valde forti zc. post duas lineas addidit. Et
 rectius quidem est vt non fiat vice vna subito z
 adducit rationem dicens vt ne euacuetur spās su
 bito z cadat virtus. i. pp illaz subitam euacuatio
 nem euacuatur. spirit⁹ subito z cadit virtus ideo
 addidit ymo paulatim supple fiat euacuatio z vt
 ipsa non pueniat ad multum debilez. i. z caueatur
 vt non fiat nisi in corpore forti. z ideo laudat. d. A.
 non fieri in puero neqz in sene idē dixit Serapio
 quarto brenarij ca. vij. Et licet non tot nocumen
 ta sequeretur ex bezel bursę sicut ex bezel mirac
 vētris. Si simul tota materia euacuaretur quia
 in bezel ventris vt declarat sciliator dfa. cc. xvij.
 sequitur febres z difficultas anellitus qz euacua
 ta mā tamen membra naturalia remanent ibibi
 ta aquositate vnde distendūt diafragma deorsuz
 magisquā prius qm igitur aquositate natabat pri
 us zc. istud non contingeret in bezel bursę non ē
 tanta adueniret resolutio vt patet tamen pur no
 tabilis adueniret ideo cauenduz est zc. vltterius ē
 aduertendū circa vltima verba littere q ipsa pnt
 habere duplicem intellectū primus est quod qnqz
 fit exicatio cum ferro. i. ignito z cum medicis ca
 lefaciendū id quod cōsequitur rupturā ex siphac
 i. cū medicis causticis calefaciētibus supple z exi
 cantibus ipsum siphac quod sequitur ad rupturā
 i. ad apparitōne eminentie qz post exicatioēz aquo
 sita i bursa existē z minorata cōter eminentia
 tandē p tales medicinas exicat⁹ ipsum siphac z
 hitur z sic stringitur z nō descendit aquositas vt
 dicit textus que supple descendebat prius uel ipō
 relassato inter mirac z os femoris uel frequenti⁹
 euenit ex dillatatiōe didimi qm talis nō sic fit ex
 uera ruptura paniculi qm ad eam sequitur zirb⁹
 uel intestina ut supra uisuz ē. Et iste sensus bene
 sonat toti littere alio mō ut legatur quod talia
 caustica calefaciunt z exicant id quod cōsequitur
 ad rupturā. i. ipsam humiditatem i bursa existē
 sequētez rupturā siphac qz pp rupturā ibidē fluxā
 rupturā itelligēdo omnē relassatiōne uel dillata
 tiōne ipsius siphac z cōter fortificata uirtute mē
 bri unitur mēbrū z non descendit aquositas prim⁹
 modus magis placet legatis litteram z ē clara

In operatione cōsequēter pōit mōz
 in opationib⁹ z diuidi
 pt itres sicut tres sunt pncipales opatōes qm prio
 ipe ponit mōuz bezael scdo cauterij tertio medici
 narū scda ibi. Et cauteriū tertio ibi empla vo zc.
 de prima parte dicit. In operatione vo zc. Pro
 itellectu prime partē ē notādū q. do. A. in hac pte
 pncipalr reddidit ministrū cautū in pforando uel
 flobothon. ne tāgat paniculū siue comissuram q
 iacet diuidēs p mediū bursaz testiculozū in duos
 folliculos cōtinentes testiculos pp iuuatmēta dicta
 superius de anothomia ne ēt tangat testiculos p
 forando uel sindendo quoniā tract⁹ ipozū mēbro
 rā ēēt ualde nociū z nullomō in cura iuuatiuus

Cura vltimaz pte huius

scilicet f3

z hoc intellectu p3 littera clara lego eam in operatione vero que fit cū bezel. i. cum instrumento accuto perforante z floborhonio oportet vt eleuentur testiculi ad superiora z elungentur valde cuz osseo. i. a fundo ossei postquā obliquatus est pecten. i. sursum prius presso pectine z. i. vt pars ei⁹ s. pectenis elungetur ab infirmo. i. a fundo ossei quod debet esse infirmus per scissuram supple vt meli⁹ possint testiculi sursum eleuari z vt resupinetur supple eger super lectum aut super locum in quo sedeant homines. s. super tabula z ipsum teneant vel ligent cum instritis. Et fiat vt sedeat ancilla a dextris eius extendens virgas eius ad superiora supple ne sit impedimento operanti cōueniet honestati vt esset scutifer vel famulus medici z non ancilla deinde floborhometur cum floborhoniolato supple vel perforetur cū instrumēto accuto i fundo ipsi ossei. Et caue ne floborhometur aliquid de commissura supple vel pungas. Sz a dextra parte vel sinistra scinde fugiendo commissuram z stude iam diu donec descēdat tota aquo fitas supple interpolata vicibus vt supra dicebat^r z euacues eam supple etiam comprimendo quia flexiaz modica pars remaneret debilitando membra esset causa recidine z addit consequenter de inde tibi est electio si tineris reuersionē z repletionem eius. s. ossei post tempus vt reiteres curationem eius cum zebel. i. postquā iam incepit ad huc bursam in tumescere nōdum tamen est repleta z si volueris cauterizabis supple ad preuisionē z prohibitionem recidine. Et notate q^o contra istum casū z precedentem cōmuniter practicāt ministri huius artis vt bis vidi primo in eo qd totaz materiam simul euacuat secundo perforado comprimunt omnia membra deorsum.

Et cauterium Jam ipse ponit modū operandi cū cauterio actuali dans etiam formam illius secundo in perforando comprimunt omnia membra deorsum Et primo dat vnum modum secundo fm secūda ibi. Et fortasse primo igitur dicit. Et cauteriū fit hoc modo fume ferrum subtile in quo sunt vncini z ignetur sicut cōmuniter ignetur cauteriā z ligat testiculos vel supple stringe testiculos sursum quanto longius possibile est a locis supple pforationis hoc est a fundo burse. Et reuolue cauterium ab osseo. i. in osseo ita vt nō inueniat testiculum z inueniat osseum z albiteron contangendo. s. interi⁹ ipsum albiteron. i. siphac que est pellicula intrinsicā ipsius ossei vt supra dictum est ea. de anothomia. Et constringit z calefaciat ipsum q^o non ingredatur in ipsum aqua post id. i. sic contangēdo interius ipsum siphac z calefaciendo ericet ita vt constringatur z deinde ipso constricto prohibeat^r effusio humiditatis que primū fluebat ppter dilatationem vel relaxationem eius z supple prohibeatur superius quod dillatet ipsum supple siue sit ventositas siue aliud aptum dillatate. Est enī melius deinde cura crustas scilicet remouendo excarā. cum yunctuosis z consolida supple tandē

z vltimo ista tota littera clara est z videtis si te ligatur causa qz voluit ipsum instrumentum esse subtile in quo sint vncini z q^o iterius circūuolui causa primi est ex quo ponitur istud cauterium principaliter ad excandum beriteron vel siphac humectatum nimis si imponeretur tantum instrumentum subtile non posset bene contangi actualiter ipse paniculus cuius cōtactum querimus z si esset instrumentum in principio grossum ita vt interius multe partes possent contangi. ne laboriosa esset perforatio ipsius ossei z suspecta propter dolorem. Ad hoc ergo vt facilius fiat perforatio ordinavit primo vt instrumentū sic acutum z postea habeat vncinos z cum vncinis facile intrabit in foramē primo factum z cum intrauerit cū vncinis circūuoluatur vt vncini igniti ad diuersas partes ipsius beriteron pertangant sed timor restat ne acuitas instrumēti pertingat ad testiculos z ideo signant dicit z reuolue cauterium in osseo ita vt non inueniat testiculum sed inueniat osseū z albiteron vt supra exponebatur forma instrumēti potest esse talis lego litteram.

Et cauterium Dicit consequentē dādo alium modum cauterij. Et fortasse incidis ex beriteron aliquid deinde cauteriza ipsum z pone super scissuraz stiptica z prohibe egrum potare aquam. In his verbis inuit tria primum qd facta sectione cuz floborhonio z excarnato mirac a siphac conuenit aliquid quando de ipso siphac vel beriteron aliqd abscondere vt magis contrahatur z minus relaxetur vel dillatetur z tandem ad prohibitionem fluxus sanguis z ad excandum conuenit vt cauterizetur locus abscessus z secundo super scissuram mirac vel pellicule exterioris ponantur stiptica ad consolidandum dicit tertio vnum cōmune i omni consolidat vt prohibeatur eger potare aquam z per aquam intelligamus omne humectatiū causa huius sepe supra dicta est lego litteraz. Et fortasse supple ad prohibitionem recidine iudicis ex beriteron vt facta sectione cū floborhonio z excarnato mirac vel pelle extrinseca deinde cauteriza ipsuz. s. beriteron qui remansit scissus propter causas dictas. Et pone super scissuram stiptica scissuram. s. mirac Et prohibe egrum potare aquaz z supple indifferenter quodlibet humectatiū zc.

Emplastrum vero In hac tertia parte principali capi. ipse enumerat quedam empla in casu conferentia z posset pars in quattuor diuidi scdm quod quattuor ponit descriptiones primo ponit tamen vnam cōmunem regulam de ipsis empls secūdo prosequitur ad descriptiones eorum partes patebunt legendo de prima parte ponit vnum cōmune in curatione huius hernie z dixit empla vero que ad ramicem aque supple conueniunt sunt ex genere emplastrorum z ydropisis asciblitis z splenis i. sint i virtute similia empls iuuatib⁹ z si apostēa te frigido z hūido splēis p cui⁹ itellcū ē aduentū. vt dixit. d. 14. t^{ij} tractatu q^oto i p^o ca^o i cura

Ydropisis aschlitis. Canon cōis i curis eorum est
 ericatio et extractio superfluitatuz supple aquosaz
 primo sensibiliter pro euacuatione et puocatione
 et insensibiliter s. calefaciēdo purificādo et resoluēdo
 apostemata et spleis frigida ita curat s; i b aliq; l;
 differēt qz ut ipse ibidē. xv. tertij dixit d cura mala
 rū oplexionū spleis. Differentia inter curatōes
 spleneticas et epaticas ē i fortitudiez d bilitate zc.
 voluit q; fortiores medicine debeant in curatōib;
 spleis q; epatis et acutiores in penetrādo ueniūt
 splei q; epati ymo in medicis epatis nō afferat
 acerū nisi in necessitate et contrario in medicis sple
 nis ut ibidem in sūma in his verbis inuitur q; me
 dicine in casu nostro que apponi debent localiter
 debent esse ericatiue et calefactiue resolutiue vt
 sunt ille que profunt ydropesi aschlitē debent etiā
 picipare nature medicinaruz spleis que addūt
 super dictā incisionē aliqualem ad pfundationez
 medicinaruz et sic habet regula in his medicinis.
 Et scdm hanc regulā pmo facit empluz ex tra
 fusaria que est vna passia montana cuius granuz
 est magnū sicut cicer nigrū est calida et sicca in 3.
 calefactia ymo adhuistiua et cōter ericatiua accu
 ta penetratiua vtitur loco piretri et ē ex ea timor
 si interius sumatur propter acuitatem et vulcera
 tionem et ciminū est notū cal. in tertio sicū in fo
 resolutiū et in ipso est incisio ericatio et stipticitas
 et ponitur in emplis testiculozuz cū oleo tū hic mi
 scentur cū vuis passis primo ad debite componen
 dum in modū emplī etiā ad prohibendū acuitatē
 strafusarie ne fiat vulceratio quā cū his emplis
 non intendimus lego lram primaz. Emplastra
 vero ad raices aque supple valentia sunt ex gene
 re emplastrozuz ydropisis. s. aschlitis et spleis. s.
 resolutiua et ericatiua et penetratiua aliquantiter
 et in hoc pro exemplo ponitur primā descriptionez
 dicens sicut si sumatur strafusaria et ciminū. s. pul
 uerizata et agregētur cum passis rubeis enuclea
 tis qz agregatione facta cum cōtrictione. i. facta
 cōstitiōe debita cū pistello in mortario et fiat sicut
 vnguētū et iplastratur cum eis. s. bursa testiculoz
 superponendo pechie zc. ponit cōter aliam in hac
 forma. Et iterū sumatur pip caluz et siccum i ter
 tio et est declinans ad quartū in ipso est vebemēs
 resolutio grana lauri calida et sicca i scdo in ipis
 est resolutio et ericatio fortis baurach ē in opera
 tionibus salis cōis sed est eo forti⁹ et maxime azi
 menum quod est melius et extimatur qd fit uitz
 licet in eo sit aliqualis resolutio et ericatio hic tū
 principalis ponitur ad incidenduz et maxime qz
 comiscetur cum oleo antiquo iaz uischofo aliqua
 liter fiant ergo sic sumantur pipis granorū lauri
 baurac añ. 3. 5. puluerizēt et cuz. 3. i. 5. olei ve
 teris et cera quod sufficit fiat vnguētū et egregiū
 est. Et iterū sumatur cineris quercus et conficiā
 tur cum oleo sfortato. i. vigorato cum decoctiōe
 supple reruz de quibus supra ut granorū lauri ci
 num baurac zc. Et emplastratur cū eo licet cinis
 fici sit omni cinere fortior in absterfione et ericatio
 ne tū omnes i hoc conueniunt et cum hoc cinis qz

cus est magis stipticus et stipticitatez cum erica
 tione quercus et ideo voluit ad penetrationez vi
 gorare oleum cum decoctione rerū ut s. Ponit
 etiam aliud cuius verificatio iam posita est ut su
 mat' nitri. 3. 30. et cere. 3. vij. et olei. 3. vi. et pipis
 quoniam est bonum ne reprehēdas eum qz ipsum
 supra posuit et granoruz lauri 3. viij. supple cōli
 ter et fiat ex eis empluz adherēs et qz ad adherē
 tiam est necessariū aliquod gumī dixit. Et beblū
 arabicū sanat testiculos. i. est medicina ipsis ap
 propriata ad adherētiā ita vt fiat cirotum cuz eo
 misceatur sed oportet oleū inouare ad debitā for
 mam ciroti istud tū stat i ope apothecari addidit
 etiā. Et qūq; resoluūt ramicē aque puerorū. i. ipm
 beblūm dissoluūt. s. i vino albo et sic ē finis ca.
 huius. In sūma igitur i ca. i. posuit tres modos
 generales curationis talis hernie ut cum bezel ul
 flobotonio gradato et quandoq; cū emplis et cum
 cauterio et hoc dupliciter vel cuz cauterio actua
 li vel cum potenciali et cōsequenter procedendo pri
 mo ponit ordinem obseruanduz in operatione cū
 bezel uel flobotonio ponendo duo a quibus prin
 cipaliter cauere debemus in tali opere primo ne
 cum bezel contangantur testiculi secundo ne tan
 gatur comisura et obseruetur vt tota aquositas in
 tempore euacuetur deinde posuit modum in cau
 terizando humidum cum cauterio actuali decla
 rando etiam ipsius instrumenti formam vt qd sit
 subtile cum vncinis zc. Consequenter ponē
 do duos modos primū proforando tū et circū
 uoluendo interius secundum abscindendo aliqd
 de beriteron et postea cauterizando partem cisaz
 cōsequenter circa medicinas exterius applicādas
 duo facit primo posuit vnum cōmune obseruādū
 in electione ipsarum medicinaruz vt q; sint in uir
 tute similes medicinis ydropisis aschlitis et spleis
 ut apostematibus frigus et humidis spleis et tales
 sunt medicine calefactiue ericatiue et resolutiue
 cum penetratiuis cōiūcte. Et de ipis posuit emplī
 et vnguētū et ciroti et sic habetis totum capit. in sū
 ma. Sed vna parua restat dubitatio quoniaz
 in principio posuit vnum modum curationis fieri
 per medicinas cauterizatiuas et tamen de eis nō
 dedit modum in usu earum neq; exēplū posuit si
 cut de reliquis omnibus fecit dicatur breuiter q;
 ideo non fecit primo quia ipsis medicis cauterizā
 tibus min⁹ vtimur q; alijs quia si expedit vti cau
 terio preeligimus cauterium actuale supra poten
 ri pedem debilem uel per materiam proportiona
 tam generationi pedis sic esse qualificatam uel per
 spiritum a pede debili decissum sic esse qualifica
 tum et debilitatum etc. ut dictum est in questione.
 Ad finem principale cum arguebatur Febrio non
 est morbus hereditarius similiter neque idrops er
 go etc. et confirmabatur quia quod cum in spermate duo
 tamen consideremus principium. scilicet materiale quod ē

3a 90 No 1090
 ubi dicitur quod actualiter uel per
 materiam podagricam fuerit in
 fetu genitum quod podagra uel dispositio
 podagrica ad facile actualiter patet
 pro merito de hoc de podagra patet in
 talis quod dicitur

Dubium

4a 90
 de podagra in diuersis
 matris uel patris non uero
 filio hereditatur
 per argumentum quod dicitur

X
 de materia non sit spiritus
 uel sit spiritus uel sit materia
 uel sit materia uel sit spiritus

superfluum ultimi alimenti quod est ex epate .
 formale . i . pars spirituosa que maxime a virtute
 cordis dependet vt dictum est sequitur qd si macu-
 lato mēbro particulari vt pede sanguis uel spiri-
 tus inde decissus pp id maculentur & exinde mē-
 bras proportionale quod exinde generatur rema-
 neat debilitatum sequitur qd multo magis epate
 vel corde lesis existentibus &c . dicatur primo pro-
 babiliter qd in talibus membris morbi nō possunt
 diuturnari nā propter membrorum principalitatem
 si stet notabile vitium in his membris & per tem-
 pus perseueret ad mortem deducet & ex dictis su-
 perius non fit morbus hereditarius nisi ex morbo
 diuturno vel dicatur aliter & clarius & fundamen-
 talis ad materiā qd morborum in membris princi-
 palibus quidam sunt morbi simpliciter tales secu-
 dum quos & si non fiat lesio in consuetudinarijs
 operationibus per tales tamen dicta mēbra sunt
 apta faciliter labi in egritudinem nunc sicut esset
 debilitas cerebri naturalis siue sequens malitiaz
 complexionalis siue non per quam tale corpus
 aptum est cadere in viginem vel alios morbos
 actu tales idem dico de debilitate cordis natura-
 li vel habituali ē ex tempore secundum quam &
 si ipsum cor non sit actu egrum faciliter tñ ex mo-
 dico vaporē sibi cōicato vel ab intrinseco vel ab ex-
 trinseco aptum est cadere in liporoniā tremorem
 cordis vel sineopi & de huiusmodi egritudinibus
 simplr non est dubium qd si sint in altero parentū
 & non corrigantur per alium uel aliam causā ta-
 les sunt maxime morbi hereditarij & de his intel-
 lexit Joh . damascenus prima particula suorum
 Amf . cū dixit . Quēadmodū taz viciōrū ai qd si
 sine corporis a parētib⁹ cadit hēditas ita quoqz
 morbi diuturnari & maxie si fuerit i principali mor-
 bo . Si autē dicti morbi in membris principalibus
 fuerint actu tales ut idrops epatis vel febris cor-
 dis . tunc de tali dispositione principalia talem pos-
 sumus facere considerationē : quoniam aut mate-
 ria uel spiritus ab illis membris dicissā taliter est
 qualificata : qd nequaquā corrigibilis est a virtute
 infirmatū viri : & tunc dico qd tale menstruum nō
 est aptū generationi : & consequenter non fiet mor-
 bus hereditarius i filio . Idē dico de spiritu deciso
 ab epate viri pdropici : qm mala dispositio in eo ē
 talis qd virtute aliorū spūz inclusoz in spiritu ge-
 nitiuo non pōt corrigi nec etiā a bonitate menstrui
 mulieris : & tunc dico etiā qd tale sperma virile nō
 est prolificū . & sic consequēter non fit morbus he-
 reditarius : & hanc causam prolificationis expōsit
 d . Anice . ii . tertij . cap . de sterilitate & difficultate
 impregnationis cū dixit . Et de genere quidem
 spermatis ex quo non fit generatio est sperma infā-
 ris & patientis nansatiā satietatē & ebrii & senis &
 eius qui pluri⁹ vititur cobitu : & cuius corpus non
 est sanū : inelligebat principaliter de egritudine
 talium membrorum principalia : & non omnium mē-
 brorum indifferenter : quoniam alia membra particu-

laria cum sunt debilia & egra non propter hoc pro-
 hibent : quin sperma vt plurimum reddatur proli-
 ficum : quoniam generatio non fit principaliter i vir-
 tute illorū membrorum sed principalium : licet in
 virtute illorū fiat particulum assimilatio mēbro-
 rum ut supra dictū est . Ideo notanter scda tertij
 de spermate generante & nō generante dixit . d . A
 Et spma habent mēbra debilitata raro gnāt sa-
 nuz in his uerbis denotatur stantibus dictis mē-
 bris debilibus uel infirmis possibilitas generantis
 & similitudo generati Si uero talia membra dēt
 lesa egritudine fm quam malitia in spiritu impressa
 esset corrigibilis : quia debilitate impressa : ut esset
 calidit in spiritu in certo febriciente remouibilis p
 frigiditē menstrui mulieris : dicere tale sperma esse
 prolificū : & non ppter ea fiet morbus hereditarius
 & ratio est qd talis spiritus in semine inclusus non
 remanet generans fm illam talem accidentalem
 dispositionē inductā a generante : imo illa remo-
 uetur ut patet : imo fortius dico qd possibile est pp
 dictam caliditatē inductā a generante tale sperma
 cum hac muliere fiat prolificū propter frigiditatē
 menstrui mulieris : ubi si fuisset in qualitatib⁹ tem-
 peratum non fuisset prolificum : & hoc quia p hāc
 caliditate deuenitur ad temperantā quoddā &c .
 Et hanc sententiā expōsit . d . Auic . ii . tertij . caplo
 allegato cum dixit . Et loquebatur secundum me-
 dicorum sententiā de spermate mulieris . Et
 quandoqz diuersificantur duo spermata propter
 causam malicie complexionis in uno quoqz eorū
 qd cum alio non equatur : imo addit ei corruptio-
 nem . Nam cum permurant vel supple alteruz tā-
 tum permutatur inuenit vnūquodqz amboz qd
 equat ipsum cum contrarietate &c . Eandem sen-
 tentiā explicuit Arist . viij . de animalibus vbi
 dixit quoniam omnia naturalia & artificialia non
 fiunt nisi propter terminum & temperantiam &c .
 Addit . Euenit quod Iuuenes non generant & cū
 iuerint in etate generabunt breuiter igitur respō-
 dendo ad motiūz & confirmationem dicatur ar-
 gumentum hoc non valere idrops uel febris nō he-
 reditantur cum sint morbi principalium membro-
 rum ergo neqz egritudines particulariūz morbo-
 rum non hereditabuntur . argumen . non valet per
 media que aducta sunt supra & hoc est fundamē-
 tum quia ad hoc quod sperma sit prolificum re-
 quiritur debita dispositio principalium & consequē-
 ter spirituum inde decissorum & non sit particula-
 rium vt patet & sic fit responsum ad totam difficul-
 tatem & consequenter ad questionem &c . lege tu-
 lram & est tota ista ps claza .

Et multotiens quidem &c .

Iste est tertius specialis casū circa istam ma-
 teriā & est multum notabilis & menti tenendus .
 dicit & multotiens fit curatio doloris iuncturaz
 & fortatio eaz & expulsio materiez ab eis cā ad
 pncipiē et aduces rōnē dicit qm ille supfluitates q

De male d' spm d' pressa & corrigibilis
No
Inde sperma ppter caliditatem dicitur fieri
prolificum & non ppter ea fiet morbus hereditarius
ut patet & sic fit responsum ad totam difficul-
tatem & consequenter ad questionem &c . lege tu-
lram & est tota ista ps claza .

Iuuenes non generant & cū iuerint
generabunt breuiter
igitur respōdendo ad motiūz & confirmationem

pro
no
no

no

consueuerunt supfluere supple i toto & puenire ad iuncturas currunt alibi. i. ad alia loca facientes cadere habere eas. s. supfluitates in timore. *Ad hoc dicitur* Tandū p intellectu ptis de mente Auerois quinto collz qz via medicandi doloris ē triplex vna ē remotio cause doloris scda stupefactio membri tercia impressio delitie in membrū iprimēdo qualita rem membro conformē & ista ē que vere dicitur medicatiua qm̄ in primo genere vt ibidem dicit Auerois cadunt multa genera medicinarum ut solutiuaruz digestiuaruz & resolutiuaruz &c. fm̄ genus est tantum medicatiuū per accidens prohibendo sensatōnem mēbz. Idem ē & similibus verbis dicit secundo canticorū expresse. In proposito Aui. ibi loquitur de medicatio doloris quātū ad primū modū qui est remotio cause que ppi^o debet dici curatio q̄ aliud gen^o medicati doloris. Ideo dicit multotiens quidem fit curatio &c. Accende tñ qz talis remotio cause doloris aliquā sit alterando qualitatem cause doloris aliquando euacuando cum solutiuis aliquā repcutiēdo ne fluat & membrū confortando. Curatio autē doloris q̄ completur cum euacuatione materie siue sensibiler cū farmaco siue cum resolutiuis nō est illa q̄ timorosa sit qz per euacuationē materie nō habitantur alie materie ut fluant ad principalia illa ē que perficitur alterando qualitatem cause materie in iuncturis non redditur timorosa ut patet illa autem que cōpletur cum repcutiuis & confortatiuis membri illa est que suspecta est & de hac est textus noster propterea dicit & multotiens quidē fit curatio doloris iuncturarū ut inuat vias medicationis doloris que fit p ablationem materie eē suspectam & non illam que ppi^o dicitur medicatiua & quoniam non quelibet talis est suspecta s̄ ea tñ que fit confortando & repcutiēdo membrum stipticando & consequenter phibendo ne ulterio^o dicte materie recipiantur explicuit continuando de qua amotione cause intelligit dicens & confortatio earū ut ly & teneat^o expositiue. i. amotio cause que fit cum confortatione membri & expulsione materieruz ab eis talis ē que suspecta est & est causa ad pnicem ulterius considerā qz sentētia textus verificatur de dolore iuncturarū qui fit p viam defluxus materie & non p viam paulatine congestiōis materie in iuncturis qz illa que fit p viam congestiōis materie uera curatio facta euacuatione materie est membri cōfortatio neqz propterea fit timor defluxu materie ad alia membra qz non supflunt in toto ut supponit sed cum in toto supflunt & consequenter consueuerunt fluere ad iuncturas tunc stipticatio iuncture & cōfortatio est timorosa & ideo ad hoc declarādū dicit quoniam ille supfluitat^o que consueuerunt supfluere & peruenire ad iuncturas ecce qz loquitur de ea que fit p viam defluxus perueniunt ad membra principalia & si non trahuntur ad iuncturas i. cum efficiunt timorem pp repcussionem factam &c. & non inuenimus strahendo ad iuncturas &c. uel aliter si non trahuntur ad iuncturas. i. si pro

bibentur ne moneantur ad iuncturas currūt &c. Alterius notā qd notant dicit multotiens qm̄ non semper istud sequitur nam facta confortatio ne iuncturarū & repcussione non potente natura transminere materias que in toto supflunt ad iuncturas forte extra corp^o euacuabit p manifestos canalles ut per fluxum sanguinis variuz si fuerit sanguinea uel per sudorem si fuerit collerica uel per fluxum uentris &c. & sic non sequeretur timor ubi ē pp uarietate in regimine unde materie nō multiplicarent^o uel aliter p artē euacuarentur materie cum sunt in toto multiplicare fluere ad iuncturas & non fiat pmutatio i regimine neqz ex pte diete neqz ex pte euacuationum tunc ut plus minus cuz sit confortatio iuncturarū ē timor de p dīde pp cām quā adducit. d. A. in hoc textu.

Volentibus ergo nobis uere curare apodagra uerbi gratia: qz in hac est maior timor q̄ de dolore aliarum iuncturarū ppter maiorem p̄mptitudinez ad materias recipiē. facta euacuatione materie anteq̄ simpliciter repcutiamus & cōfortemus pedes: prius ordinemus dictā p̄uisionē a multiplicatione materie fluxure: etiā ubi fuisset talis dolor ceticus ut de mense in mensem ante terminū futuri fluxus euacuemus aliunde materiam: & sic corpus munduz conseruabitur: & a doloribus iuncturarū: & ab alijs morbis ceticis enenientibus: & isto casu poterim^o factis euacuationib^o p̄ternas a dolorib^o iuncturarū: cōfortando iuncturas sine timore: & uti illis de quibus infra erit sermo cū de terminabitur de cantela a doloribus iuncturarū: alias si corpus fuerit intēperatū: & nō uelit subici regimini diete: ut ego multos homines cognoui q̄ malūt habere aliquādo diētes dolores q̄ se abstinere a multa potatione uini: p̄cipue albi potentis: & etiā nolūt obedire medicinis: isto casu debemus esse cauti in cōfortat iuncturarū & phibitiōe fluxure materie: & p̄cipue quādo de multo tēpore fuerit habitatus fluxus. Et hoc principaliter itē debat. d. A. in textu ut nos cantos redderet ppter timores de quo in textu fit mentio: lege literam.

Et multoties quidē fit curatio. i. meditatio doloris iuncturarū cuz amotione cause doloris: que ppi^o dicitur curatio ad differentiā mitigationis: que fit cū stupefactione membri uel cū ip̄m̄entibus delicia in membro. Addit: & confortatio earū & expulsio materierū ab eis. i. amotio cause: que nō fit cum euacuationib^o: & resolutionib^o: & remittētib^o malitiā materie: sed cū confortatione earū iuncturarū & repcussione: talis amotio materie ē causa ad perniciem: uel aliter dicatur: qz curatio doloris. i. mitigatio que fit cuz euacuatione cause que debet dici curatio: ad quā euacuationem materie sequitur confortatio ipsarum iuncturarū & expulsio materierum ab eis: talis subsequens confortatio & expulsio materierū fit causa ad pnicē & hoc sepe fit: qm̄ euacuata materia medici ne fiat recidiua confortat iuncturas & apponit repcussina sup iuncturas cōiter: & in hoc ē error: nisi itēdam retificatōi corpis cū diēta ueniēti & euacuationib^o

vt supra dictum e pp cam adductam in textu. qm ille supfluitat que diuete sunt etc. et iste intellectus uidetur clarior lege tu totum textum qz clarus e Sequitur illa pars.

Et aptiora tempora

Ista e qrtā pars pime

principalis ca. in qua ipse principaliter ponit que tempora sunt aptiora ad euentum doloruz iuncturaru et duo facit principaliter qm primo facit qd dictum est secundo ponit quosdam canones speciales secunda ibi. Et cum succurrit doloribus etc. igitur ponendo canonem et reddendo cam illius dixit. Et aptiora tempora ad hoc vt in eis eueniant dolores iuncturaruz et podagra. i. precipue podagra sunt ver propter motu sanguis et humoru in eo et auptanus propter malitiam humoru et digestiois et antecessione dilatationis porozuz in estate et ex calore q fortis fit in die. Pro intellectu ptis aduerte q in isto textu fm q dñs Aui. expressit duo tempora in quibus maxime eueniunt dolores iuncturaruz. s. ver et autunus: ita etiam si bene consideretur: explicuit duas cas generales euentus doloris iucturaruz. s. cam per viam defluxus et hanc appropriauit veri. Et ideo dixit. Qu ver pp motuz sanguinis et humoru in eo est tempus aptum etc. Ecce explicuit cam defluxus intellexit et causam doloris iuncturaruz factam per viam paulatine congestiois et hanc appropriauit auptano et hoc mo innuebat cum dixit. Et auptanus pp malitiam eozuz humoru et digestionis supple malitiam est tempus et qz mala digestionem facta in mebris vnde mali generant humores et uirtutes membroru particulariu et iuncturaruz reddunt ipotentis ad expulsioem superfluitatus unde sequeuter agregantur et sunt causa etc. licet ista causa possit esse causa doloruz per viam defluxus ut patet consideranti dicta superius addit. Et antecessione dilatationis porozuz in estate. Intellige qz propter tale antecessione dilatationis facta resolutione in uirtute in auptano coniungitur uirtus debilis que causa est etc. Et ad hanc uirtutem ut debilitet adiuuat difformitas tempoz auptani ideo addit. Et ex calore q fortis fit in die et supple in nocte aher in frigidatur hec enim inegalitas facit ad debilitatem uirtutis et sic tales cause faciunt ut aptiora tempora ad euentum talium dolorum sunt uer et auptanus ut dicit textus. In uere quidem propter fluxum humorum et in auptano propter malitiam digestionis: et adducens causam talis malitie digestionis in auptano dixit hoc supple fieri propter uirtutez esse debilitata tunc: et hoc propter antecessione dilatationis. s. tepore porozuz: et consequenter resolutionis facte: etia propter iequalitate et difformitate tempoz ipsius autani: ex calore q fortis fit in die: et supple in frigidatur aer in nocte. Similem sententia huic: quantum ad secundam partem textus posuit. H. 3. anffo. cometo. xvi. lege literam quia clara est.

Et cum succurritur

Ista est scda pars huius par

tis que in duas diuiditur: qm primo ponit quosdam canones pronosticos circa ista materia. secundo ipse reddit ad aducenti. causas doloru iuncturaruz quodammodo eas epilogando: scda ibi. Et de habentibus dolores iuncturaruz etc. prima aducenti duas fm duos pronosticos can. quos ponit: scda ibi. Et quando apparent uarices etc. De prima parte ponendo primu can. pronosticu dixit. Et cum succurritur doloribus iuncturaruz in primis cu apparent fit eozum cura facilis. Qd si confirmetur et osuefcant proprie illi qui generati sunt ex humoribus diuerfis no curantur. i. multu difficiliter curantur ratio conclusionis quantum ad ambas partes uidef esse clara: nam in principio mebra iuncturaruz no sunt adhuc debilitata: neqz habituata ad materias recipien. vnde faciliter possunt materie cum fluunt ad alias permutare vias: mebra etia satis faciliter possunt confortari: cu non sint multum debilitata: unde non recipiet: et sic facilius erit eorum cura cu apparent in principijs: et maxie hoc dictu est uerum de ea que fit per uiaz defluxus: lz etia uerificari possit de ea que fit per uiam paulatine congestiois propter mebrum a principio non multuz debilitatu posse a principio facilius confortari. Contra uero et est ratio scde partis cuz huiusmodi dolores sunt confirmati et consueti non facilius curatur: tamen qz membra laz sunt facta debilia. et meatus sunt amplificati et relaxati: et natura accepit consuetudine se exonerare ad illa membra: et cum consuetudo sit alterata: quedam natura difficiliter multu possunt mebra retificari maxie inferiora propter situm ut in podagra et siatica. In ciragra autem propter mobilitate manuuz et ex consequenti dispositione naturalez passiuam i atrahedo materias difficiliter disponatur ne recipiant: relique etia iuncture saltez facte sunt apte propter laxitate uiarum et ipsaru debilitatem ad recipiend. si ex multo tempore sint osuete: et sic oes difficiliter curatur: et precipue difficiliter curant illi dolores qui generati sunt ex diuersa humoribz ut dixit textus: quoniam in talibus debilitatis iuncturis ex multiplici malitia complexionali diuersarum materiaru male: et difficiliter multuz talis membroru malitia est corrigibilis: etia ex parte regiminis dicte ad prohibitionem diuersaruz materiaru difficilis habetur ordiatio: et sic tales assueti dolores difficiliter multum sanantur. Aduertendum tamen qz facilitas curationis talium doloru in principio non est in omnibus equalis: imo multum diuersa magnam in se continens latitudinez quonia in illis qui sunt naturaliter fortes in operationibus membrorum: sed propter indebitu tantu regime icurrat dolores iucturaruz ut podagra: ubi gratta: qz multu pedibz exercitaf cu usu multi coit et potatõe uini multi subtilis: et comestioe aceti et multa moza pedum in aqua frigida post exercitium laboriosum etc. Isto casu in primis cum apparent facilius curantur si amicus obedire uellit et maxie facilius. Sed si pp malitiam naturalẽ mebroru radicaliu et dilatatione meatuz. cum malo

regimine fiant tales dolores tunc in primis cū apparent sic curatio facilis nō tamē ita facilis sicut in primo cāu ubi aut cum cōditionibus dictis cōiungatur debilitas iūcturis ex picipiis gnātiōis apparentibus vt sit morbus hereditarius ad mōz supradictum. z si in primis cū apparet tales doloz quādam facilitate magis facilius curētur q̄ si cū eisdem cōditionibus cōfirmantur z cōsuescant tñ difficultē satis curātur. Et sicut dictū est q̄ facilitas curationis doloz in principio cū apparent in diuersis est inequalis s̄m varias circūstantias ita intelligatur de difficultate curationis taliz doloz cū cōfirmant z cōsuescant q̄ talis difficultas ē inequalis qm̄ in aliquibus cū certis circūstantiis z minor z in aliquibus maior vt patz̄ intelligenti.

Et ex hoc clarus intellectus discurrere poterit ad multa subtilia. s. q̄ aliquis talis dolor i principio cum manifestatur difficilins curatur q̄ aliquis certus datus cōfirmatus z aliquis est aliquali cū rabilis z q̄ aliquis cōfirmatus potest dici faciliter curabilis z ad multa alia si considerabis que vidētur incōuenientia z tamen nō sunt qz̄ omne facile est aliquali difficile z oē difficile est aliquo modo difficile vt alibi habet videri zc. lege tu literam clara est ex dictis.

Et quando iste est secūdus cāi pronosticus hui⁹ partē z est clarus dicit. Et qm̄ apparent varices in habentibus doloz iuncturarū z podagraz. i. precipue podagrā est earū sanatio p̄ eas. s. est signum sanationis diētorum dolozū qm̄ signum est q̄ materia que solebat fluere ad iuncturas precipue ad podagrā vel pedum iam conuertitur ad alias vias qz̄ si recipitur in venis per tibias protensis quod manifestat ex varicibus tibiāz de quibus p̄cipaliter itē dit.

Et de habentibus Iā in hac parte ipse recapitulat summatim causas euentus dolozū iuncturarum que breuiter sub hac dispositione comprehenduntur q̄ tales cause vel sunt primitiue z quodā modo extrinsece uel corporales si extrinsece sic se tenent ex parte malī regimīs z hanc primā causam expressit in prima parte si sint corporales vel hoc est qz̄ tales iuncture sint debilitate naturaliter qz̄ si ex tempore magis se tenebit ex parte cārum extrinsecarū z sic naturalē i eis dicimus ēē corruptiōnem forme mēbrozū. i. dictarum iuncturarū vel hoc euenit ex parte instrūorum dispositione vt q̄a vie sint late ad fluxum habitantes versus iuncturas vel hoc est ex pte malitiē complexionis mēbrozū radicalium unde p̄ dictam malitiā fit in ipsa generatio malozū humozū z ex cōsequēti fluunt ad iuncturas uel supple hoc accidit ex oibus istis causis uel aliquibus earum certo modo combinatē ut patebit intelligenti z has omnes cās ipse recte expressit in textu legenti s̄m lege ergo eam. Et de habentibus dolozes iuncturarū q̄dam sunt qui sibi superuenire eos faciunt p̄ malitiā sui regimīs ecce assignat causas primitiuas que sub certo modo scđm uoluntatem nostram

nobis occurrunt. Iteco dixit sibi ipsis eos. s. dolozes superuenire faciunt quasi dicat ex imperio uoluntatis eozū ipsis enentat. Et de illis sunt super quos euenire facit eos. s. dolozes corruptio forme. i. debilitas naturalis mēbrozū eozū. i. dictarū iuncturarū z hec ē una cā corporalis addit. z dilatatio meatū uenarum uel supple artariarū eozū. Et hec est secunda cā instrumentalis: sequitur z generatio humozū malozū in ipsis p̄pter malitiā cōplexionis mēbrozū radicaliū. s. maxime principaliū: z hec est tertia causa etiā corporalis: z sic omnes expressit: ut pater: z nota bene istaz diuisionē: qz̄ ad istaz reduci possunt generaliter omnes cause: qz̄ ibi explicantur mēbra nutrientia z recipientia cum habilitate mittendi.

Et quandoqz In hac ultima p̄ticulari parte p̄ticulari d. A. ponit unuz cāi cōtingentē circūdolozē iuncturarū: z breuiter dixit. Et quādoqz cōmouentur dolozes iuncturarū in febrib⁹. i. ubi alias euenerunt: z cū fuerint quietati quādoqz in febrib⁹ superueniētibus cōmouentur. i. fit doloz recidiuatio p̄pter febres. Addit: Et eozū eleuatio sicut ipsi quādoqz ueniūt in febrib⁹. i. sint dicti dolozes: aliquando incipiunt euenire in febrib⁹: similiter fit eozū in febrib⁹ aliquādo eleuatio ē remotio. Causa taliz cōtingentiarū sumitur ex hoc. Nam in febrib⁹ propter aliquationē humorum z subtiliationem ipsorum contingit qz̄ in corpore in quo alias solebant euenire dolozes huiusmodi q̄ facta tali subtiliatione in humoribus propter febrem currunt humores ad iūcturas ad quas fluere solebant z sic cōmouentur p̄ febres ut in prima parte dicebatur ēē p̄ febres mēbris debilitatē p̄ indigestionem multiplicantur humores zc. Et propter istas causas cōtingit ut in febrib⁹ incipiant apparere ubi tamen nunquā ante apparuerant z hoc maxime uerum est in corporibus debiliū iuncturarū naturaliter sicut in illis in quibus ē egritudo simpliciter talis ex hereditate z non actu talis sed superueniēte febre fit actu talis z hoc dicebat i ultima parte textus cōtingit ēē q̄ propter febres fit eleuatio z remotio dolozū iuncturarū qm̄ cōtingit iuncturas debilitatas esse ex malitiā complexionis frigide z propter febrem fit remotio talis malitiē complexionis etiam si sit cum materia sicut de febre in spāmo naturali contingit ubi ēē propter febres si cū materia febris euacuata per sudorem uel per urīnam euacuetur ēē materia fluxura ad iuncturas cōtinget q̄ in tali febre fiet amotio z eleuatio talium dolozū iuncturarū z sic febris sicut alia est causa euentus talium dolozū ita est aliquādo causa remotiōis similium dolozū z hoc est quod dixit lege s̄m clarā.

Siatica uero Ista est secunda pars principalis capituli in quibus specialiter ipse descendit ad declarandum de dolozibus specialium iuncturarum z duo facit

principaliter qm̄ primo determinat de siatica ⁊ do-
lore anche secundo ipse vltimate ponit duos ca-
no. pronosticos absolutos ⁊ generales circa dolo-
res iuncturarū. secunda ibi in fine huius partis.

Et qui habet dolorem Anche ⁊c. prima pars
ad huc i duas diuiditur qm̄ primo determinat de
siatica sc̄do de dolore Anche sc̄da ibi. dolor v̄o an-
che prima ad huc in duas qm̄ primo ipse manife-
stat qd sit siatica p̄ eius accidentia sc̄do ipse ponit
modū aliqñ determinationis eius fa ibi ⁊ quādo
q3 soluitur in eo natura ⁊c. de prima parte primo
ponit vnum generale de siatica dicens. // Siati-
ca v̄o est de suma doloris iuncturarū consequen-
ter adducendo accidentia siatice quibus ipsa sia-
tica cognoscitur ab alijs doloribus iuncturarum
ponit quinq3 per ordinē. Primū est q̄ siatica est
dolor qui incipit a iunctura Anche ⁊ descendit re-
tro ad costam ⁊ quandoq3 extenditur vsq3 ad ge-
nu ⁊ calcaneum dicit sc̄do ⁊ quanto plus prolun-
gatur spacium eius additur eius descensio ⁊ sc̄dm
materiāz in paucitate ⁊ multitudine sua dixit se-
cundo. Et qñq3 ptendit vsq3 ad digitos dixit ter-
tio. Et extenuatur ex eo pes ⁊ costa dixit quarto.
Et in fine eius delectantur compressione ⁊ deam-
bulatione pauca super extremitates digitorū suo-
rū dixit quinto. Et fit ei difficilis curuatio ⁊ equa-
tio erectionis. Pro intelligentia partē est aduer-
tendū q̄ licet siatica sit de suma doloris iunctura-
rū vt dixit textus tñ auctores de siatica precipuū
faciunt ca. vlt. Caplūm doloris iuncturarū ⁊ ratio
est quā ponit. Ratio in dispositionibus ca. proprio
in principio quoniā iunctura Anche est iunctura
multū profunda ⁊ super ipsam est caro plurima
super quam non apparet signus apostematis ma-
nifeste sicut in alijs et in cura talis doloris ē diuer-
sitas a cura dolorum aliarū iuncturarū ideo ⁊ si-
militer. d. A. postquā determinauit generaliter d̄
doloribus iuncturarū absolute iaz specialem facit
determinationē de siatica ⁊ dolore Anche ideo ut
hoc declararet dixit in principio textus. // Siati-
ca v̄o est de suma doloris iuncturarū tñ supple de
siatica ⁊ dolore Anche fiet specialis determinatio
differenter ab alijs ⁊c. // Secundo notandus pro-
evidentia huius partis ⁊ sequens qd licet ancha
large aliqñ sumat pro omni osse exite circa con-
catenationem illam vbi ossa coniungunt dorso que
sunt in toto an̄ ⁊ retro sex vt volunt auctores quo-
modo sumebatur quarta problematum sc̄do pro-
blemate cuz querebatur qd est q̄ oculi ⁊ anche
eorū qui plurimo utūtur cobitu sensibiliter cōpa-
tiuntur ⁊c. ibi sumebat ancha large p̄ oi tali osse
taliter diucto. In proposito sūt aliqñ per anchaz
intelligimus stricte illud os latum multozūz late-
rū in cuius extremitate est foramē in quod ingre-
ditur extremitas ossis rotundi dicta uertebraz qd
est extremitas ⁊ caput ossis cosse quā cōcauitatē
sic appellamus ⁊ sic dolores facti in dicta iunctu-
ra qua alligatur uertebraz in p̄side anebe. i. in
cōcauitate dicti ossis dolorē siaticum appellam⁹
⁊ aliqñ siaticā passionem ⁊ hoc modo sumpsit. d.

A. i. textu isto: infra tñ cū dolore anche erit deter-
minatio: sumitur ancha magis large ut supra de
mente Aristolis sumebat p̄ siaticā: ergo intelligi-
mus egritudinē siue dolorē dicte iacture ul' scate
nationis que est vertebraz cum p̄side anche que
iunctura est in homine ad motū rectū p̄gressiuū:
maxime necessaria: qz fm̄ eā fit elleuatio cosse: ⁊
eius icuruatio: ⁊ ad eandē iuncturā vario ⁊ mul-
tiplici mō alligat corda ⁊ grossa ueniēs a muscu-
lo magno: q̄ oib⁹ muscularis corporis maior existit: vt
dixit. d. A. p̄ia primi d̄ anatomia musculozū cosse
qui muschuli siluestre uel extrinsecā partē cosse ⁊
intrinsecā ⁊ os femoris ⁊ totā anchā cōoperit ori-
ficiū ad policē distinguit: dicit quo mediante mu-
schulo per cordā circa ip̄m⁹ musculi aliū extremū
factā: ⁊ cū genu alligataz dicta iactura sic: ⁊ uer-
tebraz cū genu: magna ⁊ precipuā habet colligā-
tiāz: ⁊ tandē cōsequēter mediāte genu ⁊ muschu-
lo cruris cū pede paruo per cordas etiā grandem
habet colligantiā ⁊ p̄ illos cuiusdam muschuli.

Et ex dictis hic infer: p̄io ueritas primi acci-
dentis doloris siatici: quoniā est dolor qui incipit
a iunctura anche stricte sumēdo anchā ⁊ descen-
dit retro ad costaz. i. talis dolor etiā p̄cipit descē-
dens in parte extrinsecā cosse: supple etiā aliquan-
do sentit in parte intrinsecā: ⁊ hoc p̄pter dictum
muschulū aligantē dictā iuncturā cū tota costā ⁊
femoris vt dicebatur ⁊ addit. Et quandoq3 exten-
ditur usq3 ad genu ⁊ calcaneū: etiāz. s. per collig-
gentiāz vt dictum est: ratio dicti sc̄di est clara: qz
quāto plus prolongat spatia eius. s. doloris mai⁹
cōicatur nocumētū colligatis mēbris: ⁊ sic magis
extendit ⁊ sic additur eius descensio: etiā qz ad pro-
longationē doloris plus atrahit: de materia que
tandē mēbris inferioribus cōicatur ⁊c. idcirco ad-
dit: ⁊ fm̄ materiā in multitudine ⁊ paucitate sua
s. fm̄ q̄ materia est multa uel pauca: que trahit
uel mouetur deorsuz sic magnificat eius descensio
ad inferius uel minuitur: ⁊ ex cōsequenti posset i-
tātū multiplicari materia: q̄ quādoq3 protendit
s. dolor siaticus usq3 ad digitos: ⁊ per uillos eiusdē
muschuli qui usq3 ad policē extendūtur ut dictus
est: ⁊ hoc ē quod dixit: addit. 3. Et extenuat sup-
ple quādoq3 ex eo. s. dolore siatico: pes ⁊ costa: ⁊
istud posset declarari per ea que dicta sunt supra
in caplo d̄ causis gibositate in fine: sed ad p̄sens
dicatur hoc esse breuiter: qz debilitantur in motu
pedes ⁊ costa: ex cōsequenti non atrahitur ad illa
nutrimētū etiā qz ad debilitatē uirtutis animalis
in mēbris uel defectū sumitur porētia calozis na-
turalis ut alibi est declaratū: etiā qz p̄pter dolorē
atrahunt siatice humiditates que obtūdunt acti-
onē calidi naturalis ⁊c. Unde p̄pter oia ista tabet
crus ⁊ pedes: dixit quarto. Et in fine eius delectā-
tur cōpressionē ⁊ deambulationē pauca sup extre-
mitates digitorū suoz dixit in fine. i. i. declinatōe
doloris iam tota fere materia euacuata: delectan-
tur cōpressionē. s. cum manu imprimendo costam
quoniā per talem compressionem excutitur resi-
duum materie que remansit: ⁊ partes muschuli

X Ancha in quibus large pro d̄ osse rotundi p̄ia gressu
triaz ultra vbi ossa coniungunt dorso q̄ sunt in toto an̄
sc̄do sup Aliqñ p̄ior q̄ d̄ ob hunc multozūz laterū
q̄ in osse ⁊ p̄ior q̄ d̄ gressu q̄ osse rotundi.

Aplicanda

2^a m

per ipsam appropinquationem debita situm acquirunt
 quoniam prius erant elongate per impletionem materie
 dellectantur ergo compressione quod iuuant vel com-
 pressionem pedis cum terra melius pro eandem causa
 dellectantur et ex paulatina deambulatione iuuantur
 quoniam per talem exercitium uigoratur calor natu-
 ralis et relique membra que remanserant resoluuntur
 dixit notanter pauca quod fortem deambulationem
 non sustinerent. i. longam dixit et super extre-
 mitates digitorum suorum ut inuatur tale motum fieri sua-
 uem et paulatinum nam cum sic mouemur suauiter in-
 cipientes incipimus cum depositione digitorum et
 hoc totum est quoniam talia membra sunt precedenti
 morbo debilitata etc. dixit ultimo de hac parte po-
 nendo aliud accidens siatice quod fit difficilis incur-
 uatio et equatio erectionis. i. dolorose incuruatur
 crus uel cossa et postquam est incuruatum crus ut
 equatur difficilis fit erectio quoniam per quolibet
 talem motum fit distensio ligamentorum ipsius iunc-
 ture quod ad talem motum necessaria est reuolutio uer-
 tebrum in psside stare autem non est eis difficile quia
 ad stationem non mouetur uertebrium sed ad expan-
 sionem uel contractionem cruris necessario mouetur id
 dixit. d. A. prima primi doc. quinta ca. xxvi. Cum
 autem musculis cosse aut cruris nocuentum accide-
 rit ut in casu nostro figere erit facile sed moueri
 difficile lege scriptam quod iam clara est.

Et quandoque Postquam declarauit siaticam per propria acci-
 dentia Jam ipse ponit diuersum modum termi-
 nationis talis doloris et duo facit scilicet duos modos
 terminatiois quos ponit scilicet ibi. Et quandoque produ-
 cit etc. dixit primo et est clarum et quandoque soluit in
 eo natura et iuuatur per id. i. quod in tali dolore aliqui
 lubricus fit uenter quoniam interdum irritata natura
 ex acuitate doloris mouetur ipsa sic stimulata ad
 euacuandum materiam proprie antecedentes ipsius
 ut idem iuuatur ad euacuationem materie nocive
 dixit tamen quod non semper cum soluitur natura
 iuuantur per id infirmi quoniam possibile est quod pro dolo-
 rem iuncture per colligantiam debilitato stomacho
 et intestinis uel pro paucitate sompni pro indigestio-
 nem dictorum membrorum uel debilem contrinua eorum
 fiet lienteria passio et sic uenter soluetur et non pro-
 pterea idem iuuatur dicit de secunda parte. Et quan-
 doque talis dolor supple perducit id dislocationem
 extremitatis cosse eius. i. taliter fit quod uertebrium
 exit pssidem et propriam cautatez et est supple tunc
 zemetrecum scilicet ueritatem. i. ut dicit scripta fit tunc
 prinatio gressus et ideo supple tunc de cura huius
 ad istam fen tantum non pertinet determinatio sed
 supple recurratur ad quartum canonis fen quia
 ibi habetur clare de dislocatione anche et ossis an-
 che quomodo autem fiat aliqui dislocatio perfecta
 ossis cosse a causa corporis iam supra dictum est quo-
 niam ad dolorem siaticum aliqui tanta sequitur atrac-
 tio materie musculorum ad dictam iuncturam quod li-
 gamentum alligans molificatur et elongatur et ita-
 tum quod interdum refillit uertebrium ex psside et est scilicet
 Amf. sexti sexte particule ante tamen illud sepe acci-

dit similitudo dislocationis et attingit in eam tali ut
 sit uelox exitus et uelox reditus ad situm conueni-
 tem propter causam claram lege scriptam.

Dolor uero anche Nunc secundo determinat de
 dolore anche habente magnam convenientiam cum
 dolore siatico et duo facit primo ipsum manifestat
 per propria accidentia secundo aducit causas ipsius
 ibi multotiens accidit dicit primo quodammodo con-
 tinuando eum dolore siatico. dolor uero anche est ille
 in quo est dolor fixus in anche qui non descendit
 supple ad genu et ad pedes sicut siaticus nisi cum
 permutatur ad siaticam et declarando causas pro-
 primitiuas secundo corporeas dixit. Multotiens ac-
 cidit aut a debilitate consequente anchez causa
 sessionis super dura et causa percussiois consequente
 eam et causa assiduationis equitadi omnes tales
 cause primitiue possunt esse cause debilitates an-
 che et inducentes dolorem aut per compressionem
 et ex consequenti ex solutione contrinui inde causata
 et in sessione super dura et percussione super eam aut
 causa descensus multe materie ad anchas pro mo-
 tum in dictis anchis catum sicut in assidue equi-
 tantibus ut dixit talis autem dolor ut dictum est ma-
 gis fixus est in anche non descendens ad genu uel
 pedem quod siaticus propterea quod non est tanta anche
 et illoz membrorum colligantia sicut est eorum iunctura
 sic ut manifestum est tamen non est negandum quod et aliqui
 in tali dolore coincident et genu cum pede pro muscula
 com cosse et anche et sic ut dictum est sed sufficit quod
 non tantum addit. Et sunt cause eius ille cause
 scilicet omnes que dicte sunt supra de causis doloris iun-
 cturarum absolute sunt et cause huius doloris quod
 preter primitiuas sicut complexionales omnes si-
 ne materia et cum materia uel simplici uel mixta
 secundum modum qui dictus est supra addit. Ue-
 rumtamen plurimum fit ab humore crudo. Et
 si tu dicas supra in causis doloris absolute dictum
 est quod ut plurimum fit a flate cum collera deinde a
 crudo et tamen hic dicitur quod ut plurimum a cru-
 do non quod eorum incipit dicere et sunt cause eius ille
 cause licet uerba textus uideantur adaptari pro-
 prie dolori Anche tamen comia sunt et dolori siati-
 co ita ut numeret causas euentus doloris siatici et
 anche. Dico secundo quod ista difficultas tacta est
 supra ad quam recurras loco suo. In summa tamen
 dico quod per crudum hic ut et supra intelligit flata
 que uel subtile quod maxime cruditate percipiat
 et tamen dico quod tale flata comparatum ad quosque alios
 humores singulares et pro se sine mixtione alioz humo-
 rum quod ut plurimum dolor quilibet iuncturaz perdet ab
 humore plusquam ab alio loquendo de dolore facto
 per eam fluentem et isto modo comparabat hic sed si
 forte compararemus humorem tale ad quolibet aliam
 materiam indifferentem siue simplicem siue compositam dico
 quod ut plurimum magis fit a flate cum collera quam a flata
 te crudo tantum quod plus de alijs speciebus flatis si-
 mul sumpti generantur in corpore humano quam de ta-
 li subtili tantum et quoniam illa non faciliter mouetur
 ad iuncturas sine mixtione collere habilitant

autem ad fluxum per mixtionem euz colera inde est etc. Et isto modo coparationis copabatur supra: poteris etiam habere materia phabile respōdendi si considerabis: quia differēter dicendū est de his iuncturis et de alijs: cū iste concavitates sint ampliores q̄ concavitates aliarū iuncturarū cōsidera tu rñsionem. Addit numerando unū certum modum huius doloris quā pmutatōis. Et nūl tollens pmutat a dolorib⁹ matricis croncis et remanētib⁹ tēpore longo ita ut. x. mēses vel. s. ali quādo plures: et ratio clara ē. quoniam pp dolores matricis longos p uicinitatez debilitatur anche: unde fit possibile q̄ materia que faciebat dolores matricis mouebat ad iuncturas anche uel scie: et sic fiet dolor anche uel scie. Ponit osequenter alios modos explicite de mēbris faciētibus tales dolores: quoniam dixerat quod plurimū fit ab humo re crudo: iam addit q̄ quādoqz fit a materijs calidīs. s. simplicibus et pmutis: et declarās unū modū euentus talis doloris a cā calida: ut a sanguine dicit. Et ex replectōe uenarū anche ex sanguine s. fit talis dolor. quoniam ppter extensionē uenarū per poros ipsarū resudat dictus sanguis ad concavitates dictarū iuncturarū. Addit ponēdo aliū modum euentus talis dolor. Et ab apostematibus intrinsicis i profunditate locorū supple existētibus euenit aliquā talis dolor ueptamē non apparent propter profunditatem suam. i. dictarum cōcavitatū maxime sic sicut apparent apostemata reliquarū iuncturarū istud totum clarum est lege litteram continuam.

Et dicitur In ista ultima pte huius partis ipse ponit duo pronostica circa hos dolores scilicet ibi. Et omne quidem membrū de prima parte dixit. Et dicitur qui habet dolorem anche et apparet in costa eius rubedo uehemens quāritate triū digitorū non faciens ei dolorem et acciderit ei in ea. s. costa pruritus uehemens et desiderat olla morietur i. 25. Ista scilicet elligitur ab ipso. in libro de capsula eburnea scilicet non sic iacent uerba imo ē aliquanto generalior dixit sic. Cum apparebit in costa sinistra inferiori absolute dicit inferiori. rubedo uehemens que non dolet tunc scias q̄ habens eam morietur in 25. die sue egritudinis. s. principalis scilicet ante. 25. diem apparuerit. addit. Et signum eius illius est q̄ in principio sue egritudinis habet pruritus uehementem et desiderat comedere olla. Ecce aliquale diuersitatem q̄ in textu nostro cōtrahatur ad dolorem anche et hic nō. ē in nro non de terminatur ad anchaz sinistram et in hoc sic ideo precisē uerificans nrm textum eredo posse male assignari sicut neqz ratio aliarū sciazum eiusdem libelli distincte assignari pōt saltem per me uidetur ille sine esse quedam proficie quarum non ē ratio sed probabilis quedā persuasio pōt adduci. quoniam cum primū acciderit in costa pruritus uehemens fluente materia calida mixta sanguini. q̄ declaratur ē q̄ appetit olla ppter oplexionem non naturalē calidam etc. tunc cum appare

bit rubedo uehemēsa quāritate magna. s. triū digitorū est signum qd iam multum fluxit de materia calida ad costam osequēter ad masculū ei⁹ qui est mēbrum maxime sensitius si ergo non dolet signum ē q̄ uirtus sensitua est eberata multū et quodāmodo stupida et qd mens egrotat iuxta sciam ansko. illius. Quicumqz dolētes plurimū doloris non sentiunt his mens egrotat et sic est signum mortis cum cōditionibus uerificantibus affo. uide ibi sed utrū in. 25. uel. 23. nescio assignare cām sed dicam cum Gentili in simili exponente sic morietur in. viij. uel. x. i. possibile est ut moriatur in illo die ita ipse exponit alibi morietur: ergo in. 25. i. possibile ē qd moriatur licet cum pudore sic exponam. Dixit osequenter ponendo alium casū pronosticum. Et omne quidē membrum in quo ē dolor iūcture magrescit et extenuatur ratio huius dicit adducta est supra per tres causas recurre supra lege litteram totam.

Et dolores quidem Ista est tertia pars principalis ea. in qua ipse ponit comparationem siaticę et podagre simul alios dolores iūcturarū et duo facit quoniam primo ipse ponit conclusionē quantam cum eius probatione. Secundo ipse ponit unam specialem conclusionē de siatica et podagra quā tamē supra posita est generaliter de oib⁹ dolorib⁹ iūcturarū secūda ibi. Et iste quidez etc. de prima parte ponit conclusionē et dicit. Et dolores quidem iūcturarū qui sunt preter siaticam et podagram cum curantur et erredicantur earum materie nō redeunt uelociter. Siatica uo et podagra cum curantur et erredicantur earū materie sunt ex eis que redeunt uelociter qualibet ex eā et pbando conclusionē dixit. Et id fit pp situz mēbri. Pro intellectu huius pte. Nota p̄io q̄ ad uerificationē text⁹ de hac opatione in redditu podagre et siaticę ad alios dolores o3 itelligi ceteris parib⁹ quoniam eēt multū bñ possibile qd ciragra in certo corpore p̄ quā materia eius esset erradicata et facta curati⁹ rediret q̄ podagra curata sicut in alio certo corpore puta si ciragra p̄deat ex diuersis humorib⁹ et podagra ex uno tñ ubi ē corpus patiens ciragrā fit aptū ad dictā passionē pp eius parētes uel malū regimē parentis patiens podagram nō sic sunt dispositi etc. tūc manifesta ē qd ciragra ē curata citius redibit in illo q̄ podagra curata in isto et hoc pp istā diuersitatē scilicet posita paritate cōclusio h3 ueritatē et hoc pp cām quā adduxit. d. A. iter tu pp sitū dictarū iūcturarū respectu cū sint inferiores facilius ad egressuū materie quā ad alē. Et ex hoc inferri pōt p eandē rōnem qd cōparādo podagram ad siaticā cui⁹ ē curata podagra facili⁹ apta ē reddere q̄ siatica et itelligēdo de ea que fit per uiam defluxus quoniam p uia paulatine cōgestionis opp. statet quoniam pedes cū magis exercētentur ipsorum resolutiua erit fortior et sic nō agere gabis etc. pbabiliter tñ hoc dico quoniam possēt dicere aduersarius qd in siatica est iunctura magis carnossa et ē ppinquoꝝ principalib⁹ mēbris et istū

plus facit q̄ minus ageregetur materia in siatica
 q̄ in pedibus sed non est de hoc difficultas n̄sa:
 quoniam sermo ē de dictis doloribus factis per uia
 defluxus. Nota fo q̄ notāter dixit cum curan
 tur ⁊ erredicantur earum materie ut inuat q̄ ip̄e
 intelligit de uera cura ⁊ nō blanditiua que aliqui
 fit per stupefacientia qm̄ si remoueatuz dolor circa
 gricus per stupefacientia ⁊ podagricus uerisimi
 liter citius redebit dolor circa gricus q̄ podagricus
 qm̄ tardius remitteretur equalis oplexio frigida i
 ducta in pede q̄ in manu ⁊ ppter magis distare
 pedes a fonte caloris ⁊ ppter ip̄os esse min⁹ mobi
 les q̄ manus sed si fiat uera curatio erradicando
 materia morbi tunc facilius redderint podagra
 ⁊ siatica q̄ reliqui dolores iuncturarū ⁊ hoc ppter
 situm deorsum unde disponuntur ut facili⁹ ma
 terias recipiant ⁊c. lege l̄am claram. Ponit
 osequenter aliā oclusionē. Quis iste quidem egritu
 dines. s. siatica ⁊ podagra sunt ex eis que heredi
 tantur ⁊ proprie podagra ratio huius partis dicta
 est superius ubi hoc dictum ē de oibus doloribus
 iuncturarū generaliter ⁊ de hoc facta ē specialis
 questio ad quā recurrere si placet q̄ tñ podagra fit
 magis de illis que hereditatur q̄ siatica ēt ex dic
 tis ibidem pōt haberi fundamētalis r̄sio quoniam
 spiritus decissi a pedibus uidentur minus facere
 ad necessariā generationē fet⁹ q̄ decissi ab alijs
 membris iuncturarū cum uideantur membra mi
 nus nobilia iō stante malicia in talibus spiritibus
 natura nō reddat tātā sollicita de corrigendo dic
 tam malitiā sicut si sp̄s aliarū nobilitū magis iā
 curazum sint infecti mala qualitate quoniam ubi
 notabiliter essent infecti ppter uicinitatem sp̄i
 tuum principalia membrorū si ab illis aliquantū
 non corrigantur illos principalia spiritus coinqui
 nabunt ⁊ sic non reddetur forte sperma prolificū
 quoniam in uigore dictorū sp̄itū magis ip̄m red
 ditur prolificum lege l̄am paruam. ⁊c.

Et materia quidez siatice.

Ista est quarta pars principalis cap. in qua p
 oplemento doctrine etiam reuertitur ad determi
 nandū de siatica ⁊ podagra quodāmodo speciali
 ori ⁊ diuiditur pars in duas quoniam p̄io de siati
 ca specialius determinat fo de podagra sc̄da ibi.
 podagra uero ex sūma ⁊c. prima etiam in tres di
 uiditur quoniam p̄mo ipse ponit diuersos modos
 euenus doloris siatici ex diuerso modo situs ma
 terie dolorem efficiēt sc̄do ipse ponit unaz frequē
 tem otingentiam q̄ etiam supra posuit euenien
 tem ad dolorem siaticum ppter materiam illius
 in certo situ otingeri. tertio ipse oparat dolores si
 ticum ad alios dolores iuncturaruz in uehemen
 tia ip̄ius doloris sc̄da ibi. Et multotiens ⁊c. ter
 tia ibi. Et siatica quidem ⁊c. de prima parte dixit
 Et materia quidez siatice plurimum est i iunctu
 ra. i. plurimū oicipit dolor siaticus ppter materia
 existēt in iunctura. i. in ocauitate iuncturarū ul
 in ligamento aligante uerterbrum cum p̄sside ⁊
 procedit ex ea. s. iunctura uel supple dicto ligamē

to in neruo lato. i. in neruo expanso exteri⁹ supra
 iuncturam. s. ad neruos ⁊ cordas exteri⁹ iunctu
 ram ligantes ⁊ eam sc̄dm debirum situm eaz ser
 uantes. Pro intellectu partis nō. qd̄ ista littera
 pōt dupliciter legi vno modo ut l̄sa iacet. s. quod
 materia faciens dolorem siaticum ut plurimum
 est in iunctura uel in ligamēto formaliter postea
 procedit dicta materia ex ea in neruo lato ita qd̄
 fit dolor tñ in principio quoniam elungato a ma
 teria ligamento oiter ēt aliq̄liter uerterbro a p̄sside
 de elungato corde ⁊ nerui exteri⁹ iuncturam al
 ligantes extenduntur unde tantuz fit dolor ut plu
 rimum in principijs non cōicata materia dc̄is mē
 bris exterioribus ⁊ hoc est qz ut plurimum i con
 cauitate iuncture ogregatur materia magis siue
 per uiam defluxus ppter facilitatem receptionis
 siue per uiam paulatine ogestionis ppter debili
 tatem ossium in digerendo maiorem q̄ in exteri
 ribus ubi propter presentiam magni muscubuli ⁊
 carnis cooperientis iuncturam uirtus digestiua
 fortior redditur ⁊ expulsiua ideo ut plurimum ag
 gregatur materia in concauitate iuncture. ⁊ fit
 dolor ppter extensionem membrorum exteriorum
 ut dc̄uz est qz mā in ligamento subiectiue existēs
 non efficit in eo dolorem ppter id qd̄ ligamētū non
 sentit sed in processu aggregata multa materia in
 iunctura a natura expellitur ex ea in neruo lato
 exteri⁹. s. expanso supra iuncturam q̄ neruus ozi
 ginatur a musculo magno cosse de quo dictuz ē
 supra ⁊ tunc illa membra extrinseca non soluz o
 lent ppter extensionem in illis eam propter materiaz
 ligamētū intrinsecū elungatē ⁊ sic superiora mē
 bra extendentem sed ēt propter materiam dictis
 membris extrinsecis etiam cōicantem. Et hoc in
 detur clare sonare l̄sa cuz dicit. Et materia qudez
 siatice plurimū est in iunctura. i. fit dolor siaticus
 ut plurimū propter esse materiam in iunctura ⁊
 non in exteri⁹ibus hoc est. s. in principijs doloris
 huiusmodi sed supple in processu procedit dicta
 materia. s. a natura sic nutriente uel propter eru
 berantia eius procedit ex ea in neruo lato ⁊c. Se
 cundus sensus l̄se est ut inuat quod dolor siatic⁹
 est in iunctura propter essentiam propter hoc qd̄
 ut plurimū i iunctura est mā faciens dolorem subiecti
 ue sed procedit ab ea iunctura. s. dolor in neruo
 lato per cōitatem. s. per compassionem dictorum
 membrorū ⁊ merito horū dolor est ueniens princi
 paliter. Sed si obiciatur si dolor est per essen
 tiam in iunctura ergo ligamētū uel ossa sentiāt
 quod non conceditur a medicis. Ad hanc difficul
 tatem r̄sident illucidator quarta problematū secun
 do problemate i fine cōmenti quod duplex est sen
 sus in astatu quidam est naturalis ⁊ quidam aia
 tiali ⁊ dicit quod ossa sentiunt sensu naturali lz nō
 loze. Reuera nisi esset auctoritas tanti hois o
 r̄sionem instarem nec ista r̄sio cōiter a medicis
 acceptaretur ppter ergo fugere has difficultates
 tenenda est prima expositio que multū textui est
 conformis sed quod materia ut plurimum est i iun

 ad correccionem vtriusq̄ p̄ confortatione stomachi
 est sp̄es vō zuchari taberiz. z. xxx. dossis ei⁹. f. est
 z. iij. quō debite soluit in isto casu mā collerica
 z nō ē dossis nimis fortis si cōsiderabis ponit aliā
 sic. Et iterū scamonea decocta in duplo sui aq̄
 citoniozum acetosozū aut pomozū p̄ aquam intel
 ligendo aquam decoctionis eozūdem decoctōe in
 qua cōsideret lra ei⁹. f. vt nō nimis ericet. Nō ad
 dit. Lū ergo incipit inspissari oppillet os eius in
 quo est. f. vas lapideū i quo bullit z demittat. f.
 nō buliendo donec inspillet z sumat. f. postea d
 ea sic inspissata scamonea pond⁹. z. x. z sumat d
 tabefet. z. xx. z cubebe strictis sicut alcor. f. sub
 tilissime pond⁹. z. ij. agregent oia cū iulep. f. roz.
 z fiant ide pille z ericent i ymbra z fit dossis ea
 rā pille due usqz ad tres. f. z. ij. in oi hora. f. uue
 nienti ad purgationem re vā si iste pille bfi cōde
 rent sūt singule si casu z notabilr̄ correcte qm̄ p̄
 illā dectōem scamōee cū succo citonioz v̄ aq̄ eoz
 remittit acuitatē scamonee z acquiritur bonitas
 confortationis stomachi cubebe ēēt corrigunt nocumē
 ta eius vt pz inspiciētī utilitates eozū p̄cipue sus

987

27

liber magis per cōmmodatū p̄ abed
 z. y. q̄d. z. iij.

37

fd

aromaticitate et confortatione membrorum natura
lium et ego satis laudo usque istarum in casu isto.

Et cum est Dec est secunda pars principalis
ca. i. qua ipse ponit describere
valentes in talibus doloribus quoniam materia est composita. scilicet
cum flate tamen collera diuante possit et diuidi in tot par
tes quod ponit descriptiones dicit primo. Et cum est
illius compositio admixta ierapigram nam in ea ut patet
est virtus euacuari collera et flata in virtute aloes et spe
cierum eius virtus est quod iera. scilicet non habet virtutem que transeat
vsque ad iuncturas credo igitur quod intelligat de iera
acuta. i. acuta cum agarico vel colognida. Addit

Syrupus solum
Et ex eis que offerunt eis est sirupus roxat secundum
hunc modum. unde. scilicet fit solutiu. Sumatur succi ro
xati lib. ij. et mellis lib. iij. scamonee assate. i. cor
recte per assationem in coctano. 3. i. de quo quatur
vsque quo inspissent. scilicet spissitudine conueniente. De si
ruporum drossis est ex duobus non exprimitur potest
in meo neque in alijs libris quos vidi sed solum
perit ex duobus vsque ad quatuor bene considerati et cal
culati computata assumptione succi decoctione mellis
per dari de sirupo. 3. i. quoniam in eo intrabunt. 3. x. sca
monee per qualibet. 3. sirupi et est drossis composita scamo
nee credo igitur quod velit dicere textus quod drossis eius
est ex duobus aut vsque ad quatuor et erit bona drossis
Et aduertatis hic quod scamonea ut soluat materiam
mistam misisset cum melle hic et non cum zucchero ut
fiebatur in precedentibus descriptionibus. Addit aliam
ut dixit. Et iterum infundantur tamarindi proprie
soluunt colleram et aliquid confortando quod frigi
di et sicci in hoc cum cassia fistula que educit cum collera
adusta flegma in aqua hendiue et fen. ut materiei
compositae appropriet et valebit si sic fiat. R. tama
rindorum electorum. 3. i. infundantur in aquis endiue
et fen. ante per horas octo postea facta expressione forti
collatur addatur cassie fistule nouit extracte de
canis. 3. i. neque ista medicina relaxando nocere
potest per tamarindos in quibus est virtus confortatiua
ut dictum est nam solla cassia in his aquis non conueni
ret ut alio supra dixi ponit aliam describere magis ap
propriatam quam non est febris dixit. Et si non fuerit
febris sumat decoctio mira. scilicet citrinorum et fumiter
re et prunorum ac tamarindorum omnia hec appropria
te soluent colleram et absintij magis respiciendo flata
secundum quod vsque. scilicet ponendo plus et minus de absintio secundum
quod plus et minus est materia grossa. Et potestis sume
re vbi gra de mirabolanis et reliquis an. 3. 5. i. de
coct. et leuis erit potio de absintio sed non reperi
tur clarus textus quod soluat flegma ymo. d. A. facit
verba que videntur dubia ad trius sed quod soluit colle
ram ut expresse Mesue tamen dicunt quod interficit asca
rides et soluit eos unde bene probabile est quod etiam
soluat flata sed leniter et credo quod ad hanc intentio
nem hic ponitur et si non est aliud expressum sol
uens flata inter mirabolanos pone vnaz partem Mi
rabola. l. zebulorum et sufficet et sic patet quod isto descri
ptio in casu conuenit sed debes intelligere quod signa
ter dixit si non est febris et intelligit de materiali quoniam
si esset febris exhibitio mirab. per stipticitate eorum
esset timorosa maxime si exhiberetur ante digestionem

ut ipse expressit dicit inferius prima quarti de cura
februm in generali vsus sine ca. 7c. Ponit aliam
describere dicens et iterum buzident et hermodatili et
rox. rubee iuuabunt soluendo et hendo ad colle
ram et corrigendo nocentur hermodatili et illo
te equali mensura sumantur de quo sumatur. scilicet
toto. Aut vnus et semis est. n. in ipso sedatio. scilicet
lois et infigidatio et supple approbata solatio vsque
considerari que dicta sunt supra de simplicibus istis.

Et isti quidem Dec est tertia pars
principalis huius ca. in
quarta ipse reddit ad ordinem conuenientem dietam
eorum et dixit. Et isti quidem iuuantur plurimum
a cibis frigidis et grossis ad ingrossandum et infri
gidam materiam calidam subtilem maxime si con
uenit in principio fluente materia et exemplificat
sicut qui sit de lentibus cum aceto non intelligas cum
multo aceto sed aliquid aceto sitatis nam ace
tum in casu maxime nocuum est per interius sum
ptum et reliquis cibis infridam et ingrossantibus
sanguinez sicut eunt extremitates animalium maxime
pedes porcorum et relique partes musculorum ciba
ria de pasta azima pisces parui castoreus et hu
iusmodi tamen intelligatur stante digestiua stoma
ci forti et in corpore non apto oppilationi exempli
ficat ipse sicut ille cibus qui fit de acetosa et ven
tres cum aceto parati. i. intestina animalium para
ta aliquid cum aceto et acetosa carnis vacine eo
dem exponendo cum additionibus dictis intellige
do. addit et quoniam iuuantur plurimum cum cibis exi
cantibus sicut est orob. per stante fluxibilitate et li
quiditate materie ponit aliam regulam circa die
tam. Et non oportet ut ieiunet plurimum. No. dixit plu
rimum quoniam vult quod dieta sit subtilis et respe
ctu quati ut natura membrorum reddatur auara
vide materia non ita fluat neque natura occupabi
tur plurimum ne materiam digerere possit non ta
men sic ieiunium plurimum quoniam perducit ad infla
tionem in casu isto peccante materia calida vsque
ponit. De sequenter regimen in fructibus dixit. Et eis
quidem deditur ex fructibus uti piris proprie nam fri
gidityte et confortatione iuuant et prunis et malis gra
nat et piscis dixit secundum compositum usum praticantium
propterea dixit deditur quoniam pruna et persica et
alii fructus humidum multum non conueniunt. Ideo ad
dit de intentione propria. Ego autem ab ore eis. scilicet
etiam patientibus a causa calida ea que sunt sicut per
sica et grisonila et per hoc quod dixit sicut intellexit
omnia huiusmodi. scilicet multum humida. Ideo ad
dit et est redditio cause nocenti et que replent
sanguinem plurima aquositate omnia talia nocent
supple quoniam. scilicet fit sanguis ex eis ebullibilis etc.

Et sic est finis ca. lege tu lram totam conueniam
si placet calidum fuit singulare ibi habetis diversos mo
dos proponen. medicinas solutiuas et in forma po
tionis sectionis solide pulf. pillularum et sirupo
rum et fuerunt egregie multa describere ut vidistis
ego tamen hic afferam tres describere singulares
unam in materia tantum calida unam in materia
flata diuante collera aliam in materia mista diuante ma

Syrupus solum

M

Alud M. s. s. s. s. s.

flatica. Sit ergo hec prima descriptio. R. Mi
la. citrinorum. 3. ij. rubari electi. 3. 5. roxaru. 3.
i. scamonee cocte in pomo. 3. 5. cum succo roxa.
fiant pillule doffs est. 3. i. usqz in duas. Alia
descriptio iusta dominante colla. R. reubar
3. ij. Milabolan. citrinorum. 3. 5. hermodal
agarici turbit an. 3. i. 5. diagredij mast. gario. an
3. 5. offician' cu' lucco roxaru z e' doffis vis. Alia
descriptio q' magis ualet uincere ffate. R. turbit
M. citrinoru z embzicoru an. 3. iij. rox. 33. anxi
hermolozu an. 3. i. piperis longi ficados an. 3. 5.
gario. croci an. 3. 5. diagredij. 3. i. aloes. 3. i. 5.
offician' oia cu' lucco yue z roxaru z fiam pille.

De cura iuncturarū uersarū i lapideitate z exi
cataruz.

Sti sunt Seqz rubrica iun
cturaz dyfarum i la
pideitate z exicatarū hec est ps princi
paliis pris curatiue q' sic cōtinuat ad p
cedētē. nā postq' ipse posuit curā dolorz iunctura
rū fm mltiplia i genia curatiua ut uidiſtis. Nūc
fo ipse ponit curā quozsdā accidentiū sequentiū
ad dolozes iucturaz merito māe ipsoz dolorz z di
uidit ps i duas qm' pzo ipse ponit curā iuncturaz
indurataz z exicatarz in lapideitate z uersaz se
cūdo tanq' unius accidentis sepe sequentis ad di
ctos dolozes z hoc ē q' dicit rubrica pns secūdo ip
se ponit curā dētōnis mēbroz scda in principio se
quentis cali' ibi. Scias q' oleū zc. psens calm' pri
ma dione diuidit in duas ptes qm' pzo ipse ponit
duos can. declarātes cās induratōis z lapidatōis
iuncturaz scdo ipse ponit curā p' medicinas scda
ibi. Et de eis quibus cauet zc. pza ps ē in duas
diuiditur quoniā pzo ponit can. dicitū accidentis
ex pte cāp' intrinsicaz secūdo alio sub' selecto can.
cāp' extrinsicaz huius acciden' p' uia' corolarij in
fert dando regulā in phibendo illas cās extrinsi
cas q' ad hoc acciden' adducit scda ibi. Et o3 ut
zc. De pza pte dicit. Isti. s. qui ad hoc sepe dedu
cuntur ab intrinſico. Sunt habētes pplexiōes ca
lidas z māz grossas rō huius est quoniā p' cōple
xiōnē calidā cito resoluit z exicat ad modicuz
subtile qd' ē i mā grossa z cōsequēter cōtinuata ac
tōe in grosso ad grossum terrestrificat z lapidea
tur. Et hoc qd' intendit lege tu lram z hoc ē una
cā. Consequēter ipse subintelligit aliā cām ex
trinſicā. s. q' aliqui fit hoc accidēs pp' hoc q' appli
cant' medicie fortes resolutive supra locū doloris
sine aliquo humectate z p'pterea infert. Et o3 ut
isti. s. sic dispositi nō resoluant sine lenificatōe ymo
o3 ut leniantur z resoluantur simul z rō dicta est.

No. tñ q' 13 de istis sit maxie habenda ista cau
tella tanq' in maxie dispositis ad talē induratōez
iuncturaz tamē ē in alijs maxie cū est mā gros
sa illud obseruari o3 ut supra sepe dictū ē. Si ēt
nō sp' simul talia applicent' medicā dū tamē talia
sibi inuicē succedāt nō pducunt ad indurationē
lege lram. Cōsequēter ipse ponit medicinas cu
rātes cū iā sunt lapideate iuncture z diuidi possz

ps i tot ptes quot pōit medicinas ptes patebunt de
pza pte dicit. Et de eis qb' cauet a lapideitate
sunt Empla scā ex farina ozobi vel herbi idē ē z
lupinoru cū oximele z allaniū. z vice alba cū pre
licij z armo. cū uino atiquo z oleo uinfancio addit
z qnqz ponit de sup' farina fabaz. No. q' 13 di
cat q' ex eis qb' cauet zc. z ex hoc uideat pone
re regimē pseruatiuū z nō curatiuū tñ mēs pici
paliis iua h' fuit ponere curā hui' accidētis p' hoc
ergo q' dixit cauet uolebat innere q' illis medici
nis ffate iā iduratōe cauet ab vltiori lapideita
te zc. Sz spialiter p' uerificatōe notate pzo ozo
bus calid' est z ficcus icidit abstergit z apu z ita
apu q' si eius magna q'ntas sumit facit mungere
sanguiez ut dixit Auerois cū Serapioe farina ei'
fit artificialr sup' aspsis p' ipis aq' z aceto z tūc
in empls molificat apostemata oia dura ut Se
rapio de farina lupinorū idē Serapio dixit q' re
soluit sine mordicardē apostemata dura z p'cipue
q' do dequogtur cū aceto z melle ut h' sit quoniā
cōsistetur cū oximelle ut p3 allaniudē nō repio qd'
fit o3 esse uocabulū corruptū bene repio amudez
z ē arbor asse q' in casu uenit ut p3 secūdo can.
ca. pzo de uite alba dictuz ē supra quō ē fortis
medicina nā fortiter subtiliat z dissoluit aposte
ta z vrimur in empls radice ei' h3 singularia iu
uamēra o' qb' als addit cū pte licij qz subtilicat ut
supra dictū ē z cōfortat mēbz ne p' medicinā illaz
forte dissoluatur robur mēbz reliqua oia sūt cla
ra intelligēdo de uino albo quō in casu ueniat
nfo subtiliando icidendo resoluēdo z aliquiditer
molificādo lege tu addit remittendo nos ad ea q'
dicta sunt supra z ē lra clara dixit. Et de eis q' cō
ferunt ei cui' iuncture in lapideitatez uerse sūt
aut sunt in itinere lapideitatis. i. in uia ut uertā
tur sunt empla q' dicta sunt vel q' dixim' i frigidis
de dolozib' .s. remouendis frigidis iuncturaz gros
sorū humo. z vinctōes z embroce q's cū eis. s. sup
ple dixim' inuari addit. Et illis q' cōferunt eis ē fa
rina lupinoruz cū oximelle aut aceto comisto .s.
sine melle ad magis pfundādū vrtutē lupinoruz.
Et iteruz radix almaroth supple est inuatiua .s.
si cū farina lupinoruz redigatur ad formā empli
almaroth quidā dicunt qd' est pulegium subilia
tiūz z incissiuū tamen credo qd' deat dicere ma
roth z ē radix anūdez de quo .s. est dictum z ei'
natura est min' potens q' asse q' est succ' ei' arbo
ris sed est fortior arboze secundo can. addit z ire
ruz empletur cum bulb. dissoluto cum aq' bulb'
est cepe cōe q' cōeditur fm aliquos. d. A. vñ inue
re q' assilitatur ei z in vrtute anagalis. Serapio
dixit qd' est cepe puum sine tunicis oēs cōcordant
qd' assimilatur cepe cōi z quod si fiet emplm' cuz
eo cōferet attritiōni neruoruz z lacertoruz z cōferet
podagre z generaliter dolozib' iuncturaruz subri
liū humectando z resoluendo et sic in casu nfo
d3 multuz uenire iō addit ipse. n. s. bulb' phibet
lapideitatem incipientē. addit z silt' embroce i qb'
decocta sunt calamētuz et alasse aut. i. cuz ace
to p3 quomodo ista ueniat addit aut decoctōe

De orobio
Huiusmodi

A

f. fiant embrocha in qua cassius antiquo decoctio
 e pprie in iure cassie fi. i. talis decoctio i qua cas
 seus antiquo decoctus mista decoctioe cu expres
 sione cassie fi. e multum conueniens qm in virtu
 te iuris cassie fi. e notabiliter molificas postea ex
 parte Cassie antiqui fortis saliti z multum dissol
 uens ymo dicunt multi q talis Cassius antiquus
 puluerizat z superpositus talibus iuncturis indu
 ratis cu non possint molificari eas rapit z tandē
 educta materia consolidatur vere z nihil postea
 remanet de induratione. Addit vltimo Et nitruz
 z Euforbium z aqua cineris caulium eobustara
 supple valent credo q raperent illam indurataz
 vt dicebatur paulo an vt patet consideran terminos
 alias declaratos z has duas descripi posuit in fi
 ne ca. qm non restat aliud ingeniu curatiuu i ta
 libus iuncturis induratis cu no possunt molifica
 ri nisi vt rapantur z materia educat z postea fiat
 solidatio z hoc de ca. scdm ipsum. Ego autē
 ad istaz intentionē obseruare can. Basis in de iū
 cturis in principio ca. dixit sic. Cum apostema in
 cepit indurescere vtaris medicinis molificat fm
 duritiem apostematis z tam diu donec videas re
 moliri z rarefieri z in latitudine augumentari tūc
 reuertaris ad dissolutiua z eis vtaris secundū du
 ritiei quatitatez z non cesses quandoqz molifica
 re quandoqz dissoluere donec totuz resoluat zc.

Molificatio aut adimplet cu balneat i omni
 bus appropriatis vt decoctioe radice altee fenig.
 z lini z cum vncionib de quibus ponit vna qua
 dixit exptam z q no fallit sic. R. feces olei Grini
 z feces olei seisi lini mucilag. feng. pinguedo ana
 tis z misse z superpone ad hoc optime valet yso
 pi cerotum cu asongia anatis z compone cu Ar
 moniaco z bedelio dissoluatur i succo rute cu isto
 adimplet omnis tua intentio simul. Idez Ra
 sis in fine ca. eiusdem ad rumpeu dicta apostema
 ta qm resoluui non possunt dixit sic de mente. S.
 Accepit. S. cassiu antiquu longi tps z narstutiū
 z puluerizauit siml postea accipet pedes porci an
 tiqui salitos z coxit z cum aqua illa miscuit nar
 stutiū z cassiu z fecit. Emplm sup iuncturas
 lapideatas z rumpebat cutis z exibat omnis ve
 nenositaz sine humorositaz z sic patiens sanabat
 z addit. Expertus sum illud sepe. Quidam
 vero dicunt cu egreditur materia indurata ex lo
 co rupto superponitur pulis cipi cum asongia an
 seris z istis in ista materia sum contentus.

De cura contractionis z vocatur azemena.

Cias quod olenm

rubrica de cura ictionis z azemenea
 dixit Symo azera e ictio no reperio
 azemenea breuiter e rubrica de ictione mebro
 rum quod est accidens ad dolore iuncturaru ali
 q sequens extensionem neruozū vel neruozozū
 a venositate aliq a ma implere aliq fit talis ictio
 qm pp dolore zhuntur membra ad sua origi

ne sicut proprie vt de spasmo. Jo in ca. primo po
 nit curam qm fit talis ictio a materia extendete
 secundo qm a venositate tertio qm a dolore princi
 paliter comitante siccitate secunda ibi. Et illi
 que ex ea zc. tertia ibi. Et de eis que expta sunt
 dixit igitur de prima parte scias quod oleu de an
 dacoca potando ex eo z vngendo cu ipso e ma
 gis offerens ei. s. sic disposito a causa dicta And
 coca e spes trifolij scdm omnes sed apud do. A.
 scribitur tarifolij breuiter Serapio in ca. de tri
 folio dixit in fine ca. q quidam Curauit absqz eo
 quedam cui faciebat inungi pedes cu oleo tali z
 dissolute sunt enodationes pedu eius manifestat
 eius vtutem grade cu dixit. d. A. q eius decoctio
 si effunditur super morsum vipere sedat dolorem
 eius z si effunditur sup mebrum sanu facit in ipo
 ctingere simile illi qd ctigit ex morsu vipe. Idez
 Serapio i snia vnr dixit ponendo eius descriptio
 nem. Et modus faciendi hoc oleum est vt de quo
 qtar andacoca cu semib na seia si fortioza in ta
 to vino. s. albo z poteti quatū ipsa e z oleo. s. coi
 hoc e tantu de oleo z vino accipiat vt illa i vase
 cohogiri possit z supple tantu de quoquat donec
 sumat aquositas eius. s. unu sumat remanen
 te oleo cui doffis. s. in potu fit a. 3. ij. min hoc di
 cit ne scimus nimis audaces in ipm exibendo pp
 ei fortitudinē ut dixi p usu eius in vngendo no
 est ponenda doffis.

Etillius

Nac vnr ipe ponit cura illius ictiois que a uetositate pendet z
 dixit. Et illius q ex ea uetosa est curatio currit
 cursu curatiois uetositatis facien uetositate. i. ita
 dz cura sicut cura uetositatis z supple rei facien
 uetositate uel fouetis ea. s. si fuerit uetositas pu
 ra cu resoluē z carminatibus uetositate z si fue
 rit et cu facies uel fouens uetositate ut fla. ul me
 lancolia ipam appropriate digerendo z euacua
 do z vnr uetositate resoluendo cura ergo fit euz
 eis q curat uetositate z q faciunt uel fouet ueto
 sitate zc. lege lram. Lōsequenter in tertia pre
 ponit cura icti a dolore principaliter maxie si co
 comites siccitas z dixit. Et de eis q expta sunt ad
 ictu est vt sumat pellis ouis hora q excozial z
 ponat. s. sic calida circa ipm nel sup ipm z lenia
 tur supple si expedit lacte uacio dulci ad humec
 tan z iuuat eo pz intelligēti ofortado illa calidi
 tate quodamō naturali mebris z sic delicia ipriū
 do z e unus mod mitigando dolore z leniē resol
 uendo addit z admistratio balnei sicci ut sudare
 in furno aut in fouea ignita iuuatiua sunt. Ego
 ista fortia remedia no aptetarē qz nisi stāte mate
 ria uetosa uel subtili credo q eēt ad timorē ma
 gis. Et ego uidi in magnifico dno Anto. de triunt
 tio q habebat iuncturas iduratas z fuit positus
 i furno z postea fuerat lapideate facte z nisi ego
 fuisset credo qd fuisset suffocatus naz uolebant
 ponere ipsum intra furnum etiam cu capite zc.
 Et sic finis ca. lege lram.

De Lautella a Dolozibus Iuncturarum.

oportet ut utatur.

Seq̄ cap. d̄ cautella a dolorib⁹ iūcturaz ut dixit rubrica q̄ ē potertia p̄ncipalis huius prime partis nam postquam determinavit de doloribus iuncturaruz secundo determinavit de accidentibus plerūq; sequentibus ad dictos dolores. Nunc in hoc ca. determinat de cautella uel preseruat̄ a doloribus iuncturarū maxie in his q; alias passi sunt dictos dolores iuncturaz uel etiam alias paratis ad dictos dolores. Et diuidi potest totum ca. prima diuisione in duas ptes principales quoniam primo ipse ponit quid sit fieri circa medicinalia secundo ordinat quid fieri circa ea que ad dietam reꝝ non naturaliuꝝ pertinent secunda ibi. Et utatur exercitio temperato prima pars etiam in duas diuidi potest quoniam primo ipse ponit quid sit fieri magis generaliter in medicamentis secundo sp̄cialius secunda ibi. Et cum accidit euacuatio ꝛc. prima etiam in duas nam primo facit q; dictum est multum generaliter secundo minus generaliter secunda ibi. Et omnino oportet si causa de p̄ia parte dixit oportet ut utatur ille q; assuetus est his doloribus s̄obothomia et solutione uentris in uere hoc intellige si tales dolores sint materiales ut secundum plurimuz ē et intelligatur ly et aliquando pro uel quoniam ali quando s̄olla s̄lia sufficit et cum materia est sanguinea uel sanguini multuz mixta que solent facere tales dolores aliquando autē s̄olla formatia sufficit ut cum causa est s̄lia uel mellia nō mixte sanguini neq; corpus est natura sanguineum aliquando tamen utrūq; est necessarium et hoc est ut plurimum uerū maxime in illa que fit per uia defluxus ut patet considerā. ea que dicta sunt in ca. causerum supra oportet hic multa supponere que alias dicta sunt ne contingat idem multoties replicare dixit signanter in uere quoniam materie in uere calefiunt et mouentur unde apte sunt magis ad iuncturas fluere ut etiam declaratum est eodem ca. supra de tempore quo magis eueniūt dicti dolores. Si igitur fiat illo tempore s̄lia et s̄armatia uel utrunq; simul materia euacuabitur et a fluxu diuertetur ꝛc. Nunc consequenter sp̄cialius prosequitur declarando quid fieri circa euacuationem materie et alterationē eius si alteratio est necessaria et dixit legendo litteram continuam. Et omnino oportet si causa i eo qd accidit ei. s. de dolore sit multitudo humorum. s. peccantium in quanto ut non dimittat eos multiplicare cum eo quod euacuet. s. euacuando cum s̄obotho. que proprie respicit peccatum humoris in quanto. et cum eo quod minorat ex cibo dupliciter. s. modicum dando de cibo. s. nutritiuo uel cū cibo exicatio aliquo aliter sed sensus primus melior est. et cum eo quod administratur ex exercitio bono. i. aliquo aliter resolutiuo z minoratiuo materie quod est exercitium magis longum q̄ uellor ad dit. et si cā. s. talium dolorum consuetorum euenire

fit corruptio eorū. s. humorū ita. s. q; sit peccatū in q̄lli et nō in quāto oppōatur illi. i. occurratur. s. ne eueniat a tali cā. cū euacuatiōe eius qd oz. s. euacuādo materiā peccatē cū solutino appropriato et s̄rietate regim̄is p qd grauatur. s. talis hūoz peccans in quali. i. inducatur s̄rium regim̄en ad illud p quod illud generatur ubi gr̄a si peccans mā sit s̄lia inducatur regim̄ē s̄riū regim̄ini facien ad s̄lia tis ḡnatiōez et si hoc oz fieri oz p̄scire qd ē illud qd ḡnat s̄lia ut sumatur s̄riū eius ideo addit. s̄lia eim ḡnat p adiutoria ex ifrigidati et tu qdē scis ea. s. q; ifrigidant et scis oppositiōez eoz. s̄o supple in illo cāu dimitte ifrigidatiā et utere calefacien et es si cā fuerit collera tūc oz euacuare cā cū appropriatis. et occurrere cāe calefaciēti facien ad ḡnatiōez collere cū ifrigidatiō. ideo addit. et collera ḡnatur p adiutoria calefacien et tu scis ea. et scis oppositiōez eoz. s. cū ifrigidatiō idē est et itel ligēdum de melia. si sit in cā ut purget deide aduducatur regim̄ē s̄riū regim̄ini ipsam ḡnanti. s̄o ēr addit. Et similr melia ḡnatur p id qd scis et opponit ei qd ḡnat ipsaz p id qd scis qm̄ ḡnatur ab ifrigidatiōibus et exicantiōibus occurrere cū calefacien temperate et humectati. Et hoc est quod intendit de tota ista parte lege eā quia clara est.

Et cuz Dec secunda pars generalis prime partis in qua ipse postquam posuit faciēda in preseruando a doloribus iuncturarū generaliter circa euacuatiōem fieri uel non fieri et circa alterantia medicinalia. Nunc consequenter ipse insinuat nobis quid sit fieri cum accidit fieri euacuatiōem et breuiter dixit. Et cū accidit euacuatio. s. q; fieri debeat tunc ex illis que rectiora sunt est confortatio membri cum s̄ticticia et aduicit rationem ut non suscipiat. s. membrum aptuz superfluitates qm̄ cum sit euacuatio siue per medicinam siue per s̄obothomiaz mouentur humores maxime per medicinam solutiua unde sic commoti et positi in motu facilius fluere ad membrum consuetum ad recipien tum pp debilitatez ipsius membri tunc pp nām alias consuetam esse ad illud membrum transmitten ideo conueniens est ut mēbruz s̄ticticia s̄fortet et pp vigorare ipsi virtutē ut resistat materie q; fluēt et pp s̄stringer meatus ne p ipsos facilius fiat penetratio dixit tñ d. qm̄ timor est in repcutiendo a mēbris ignobilibus materiā ne cōr̄ fluat ad mēbra p̄ncipalia ut supra est positus can. Et pprie. s. fiat talis p̄bitio fluxus ad mēbrū cum s̄ticticia cuz non timetur uersio earū. s. materieꝝ ad mēbra p̄ncipalia causa antecessionis mondificationis dupliciter intelligendo aut qz nulla p̄cessit mondificatio sed est corpus repletum qz eo casu ante mondificationem appropriatā fortem nō deberem apponere illa s̄tictica prohibentia fluxū ad illos ptes qm̄ esset tunc magis timor de reddito materieꝝ ad p̄ncipalia pp corporis nimia plenitudinē et sic cā antecessionis mondificatiōis nō facte nō debet iuncture s̄fortari stāte corpore multuz pleno qm̄

Contra uentrem fieri debent

Non tunc dicitur oportet

Phisico
minus sequeretur nocumentum non prohibēdo
quam prohibendo prout alias fuit inia supra
alio modo legatur affirmatiue. sic cū accidit eua-
cuatio. i. cum facta est euacuatio. tūc ex illis que
rectiora sunt est confortatio membri cum stipti-
cis vt non faciat superfluitatē & proprie cū non
.i. quia non timetur ouersio earū ad membra pri-
cipalia causa antecessionis & molificationis. i. pp
istam cām q̄ est facta mondificatio antecedens
ad illam confortationem non timetur &c. Et ad eū
dem redeundum intellectum & exemplificat euz
quibus debet fieri talis confortatio dicens. Et ista
sunt sicut acatia & balaustie & sucus virge pasto-
ris & licium & memite de oibus istis est supra de
claratum quomodo repectunt & cōfortant in cā
calida. & in causa frigida ponit alia confortātia.
Et iterum fricatio cum sale trito & cum oleo. s.
masticis nisi sit siccitas uebemens. quoniam tunc
talia exicantia confortātia essēt aliquāliter timo-
rosa ut patet.

Et quando est apostema &c. Nunc
incidenter circa hanc par-
tem ipse ponit unū casū curatiuum si est apostēa
uel ēt preseruatium si futurum ē approbabiliter
apostema flaticum per spūalem medicinā & dicit.
Et quando est apostema flaticuz. s. in actu & sup-
ple est facta purgatio uel dubium est de apostēa
te flatico futuro & bibit habens ipsum ad sensum
expositum aristologie rotunde que est fortior pō-
dus. 3. ij. aliquoties in ieme & uere tūc fortasse
prohibetur pondus ei⁹ post q̄ loquitur d̄ preuissio-
ne eius cum. s. est timor de futuro apostemate di-
xit in uere uel ieme. quoniam in estate esset timor
de calefactione & inflammatiōe nimia oēs ueniāt
q̄ ualeat in passionibus iuncturarū & dixit sō casū
q̄ patientes podagrā bibunt eam & iuuant ex ea

Et utatur exercitio temperato. Nec est
scdā pars principalis calī in
qua ipse ponit regimen cōueniens in diēta in pre-
seruando a dictis doloribus iuncturarū & possēt
diuidi in tot partes q̄ spūales casū ponit scdm ali-
q̄s diuersas res de nō naturalibus ptes patebunt
legendo. de prima dixit circa motum & quietem.
Et utatur exercitio temperato. s. pedes ambulā-
tū suauit. quoniam laboriosum & forte noceret ut su-
pra dictum est quies ēt nocet debilitando iunctu-
ras & p paucitatem resolutionis. ēt quoniam infri-
gidantur tēperatum ergo exercitium iūcturas cō-
fortat addit & uectatione supple utatur cū nō pōt
multū incedere & sufficienter pedes potēt i equo
tamen suauiter iō addit. Et non superfluat in eis
quoniam excitant podagram & dolores nimis ad
iuncturas materiā atrahendo pp caliditatē aquisi-
tam &c. addit ēt magis determinādo & specificatiō
regulā precipue circa motum dicēs. Et non adhi-
beatur illō. s. exercitiū quo nō est vsuet⁹ subito si-
ne gradatōe ratio clara ē qd si illud accidat. s. ut
sit necessariū ēt sine gradatōe inungi uerbi grā
nō est vsuetus nisi suauiter & tarde incedere et fit

expediens propter aliquam particularem rtingē-
tiam ut solite & uelociter exercitetur tūc supple
administra olea confortantia in ungdō. s. iuncturas
Et oportet ut deurent &c. In hac
parte ipse ponit regimen quā-
tum ad cibuz & potū primo circa cibum sō circa
potum ibi. Et deurent potare &c. dicit primo &
oz ut deurent carnes grossas hoc precipue uerū
est in dolore a cā frigida ut plerūqz euenit. & sal-
sa oia ista sunt supra declarata & assaltesud nō
reperio quid sit sed debet eē genus salimenti ace-
tossi q̄ nocet ut patet per dicta addit Et ex olieri-
bus deurent ea que sunt sicut ficla & bantie. i. pa-
stinaca & citroli & aqua mellonis addit nocent eis
.s. talia proterea q̄ generant humorem aqueosuz
addit tū dubitatiue dictum est supra q̄ prouoca-
tiua ueniunt igitur ista conueniunt. ideo dixit
& conferunt per prouocationem. s. aliqs possēt di-
cere hoc et respōdens dixit. Et diuersificatur dis-
positio eorum. s. prouocantium i corporib⁹. s. quā-
tum ad iuuanduz & nocenduz. quoniam i corpo-
ribus mondificatis actu egris. a materia gressa &
flegmaticis in declinatione prouocantia ueniūt
ut supra est dictum. In sanis autem sine neu-
tris ad preuissionem ut hic non conueniunt tū
propter nimiam ipsozum humiditatem. tum etiā
quia disponunt materias ad fluxum &c. hoc est
quod intendit dicit secundo circa potum. Et deui-
tent potare uinum plurimum et grossum quia nō
nocet. humores commouēdo & subtile prouocando
nocet & neruis ut supra fuit declaratum in que-
stione de hac materia ideo addit. Imo cum ui-
num omne scilicet oportet deuitare tamen preci-
pue dixit grossum in uia iuuamenti cum generat
grossum nutrimentum quod in causa frigida de-
qua est hic specialis intentio est discunueniens.
addit continuando in cibis generaliter. Et ciben-
tur eis que sunt bone digestionis & uelocis de-
claratum est supra naz calida cibaria que conue-
niunt in morbo conueniunt etiam in preseruatōe
ut patet addit. Addit ponendo regimen circa ali-
am rem non naturalem. Et oportet ut deurent
replectionem & anichilationem ab exercitio & de-
uient cum hoc superfluitatem in labore & exerci-
tio et proprie super replectionem. Ista omnia
sunt declarata supra in capitulo causarum addit
circa quoddam aneczum exercitio. Et deui-
tent cobitum patet quomodo multipliciter noce-
at non est hic morandum ponit consequenter oz
dinem circa balneationes et dicit. & minorent in
balneationibus. i. ex balneationibus & dicit litte-
ra exterior & adducit rationem. quoniam ipse li-
quesfaciunt humores et faciunt eos currere ad iū-
cturas relaxādo & meatus aperiendo. addit tamē
unum aque termarum conferunt eis in hora egi-
tudinis de his late dictum est supra ponit conse-
quenter unum obseruatiū cum corpus uult uti bal-
neo etiam minerali ut dixit. Et ex illis que confe-
runt eis in principio balneorum. i. termarum et

post ipsarum explectionem et in medio introitus
ipsoꝝ in ipsis est effusio aque frigide sup iuncturas.
Iuuat enim i principio ne relique materie fluētes
recipiantur in iuncturis i medio et ueniunt par
tim ad eandem intentionē. partim ad seruati uir
tutem terminarum in iucturis et postremo ualeat ad
eandem intentionē ubi tñ essent iuncture debiles
post balnea calida si exhiberetur aqua crede qđ
nimis nocerent. Ideo elegāter addit id obere ob
seruari. si nō est aliquid qđ prohibeat i debilita
te neruozum et addit. Et quandoq; afferūt h no
cumentum. s. de debilitate neruozum febres dicit
ultimo. Et oꝝ ut non dormiant super cibum oino
quoniā ē ex rebus nocibilioribus eis pꝛ et quoniā
caput tunc uaporibus repletur et reuinctatur et
inter nerui et mēbra neruosa et iuncture debilitan
tur et remoluntur et c. pꝛ sciderāt ea qđ dicta sūt
supra lege totam litteraz quia clara est et sic finis
capituli huius.

De cura que magis propria est siatice et dolori
bus anche.

Era que magis propria ē et c.
Dec est tertia pꝛ
principalis prime partis huius tractat?
in qua ipse ponit specialiter curā dolo
ris siatici et anche et diuiditur pars presens i duas
partes quoniam primo ipse ponit curam horū do
lorum magis generalem. s. fo magis spialem p me
dicinas appropziatas. s. a ibi in rubrica. Embro
ce piis calm et in tres diuiditur quoniā primo ipse
ponit curaz doloris siatici generaliori modo fo et
magis spialr. s. a ibi in illis vo que de eis sunt san
guineci i prima parte pro cura generali ipse remit
tit nos ad ea qđ dca sunt supra calo generali in cu
ra et adducit rōnem qđ de dolore siatico facit spe
cialē determinat ultra illaz generalē de dolorib?
iuncturaz igitur dicit. Cura que magis ē siatice
et doloribus anche et genuum. i. et non sic alijs do
lor aliarū iuncturarum ē q; oꝝ ut reddeatur in cu
ratione eorū ad casū in doloribus iuncturaruz q;
q; posset aliquis dicere dubitatiue quō ē recurren
ad casū generales. si ē hīc ponēti cura que est ma
gis propria siatice et c. Rñdēdo dicit et tu quidem
scis. s. ex eis qđ sunt dca loco allegato ubi erat ser
mo de repercussiuo. q; ipsi differūt ab alijs dolo
ribus iucturarū. et declarans dicit. et est idem cū dic
tis in loco allegato. Nam repercussio in principio
s. facta egritudinis quandoq; nocet eis nocumē
to uehemēti et tanto. s. nocumento nō nocet si fiat
in alijs doloribus iuncturaz et declarat sic dicens
quoniā mā profunda est. s. illa que iam est fluxa.
et repercussio retinet eam illā. s. in profundo tali
um iuncturaz et ponit eam talem. i. taliter opaf
repercussio uel medicina repercussiuā in ea pro
fundando et inrudādo qđ difficilis fit eius resolu
tio et preparat eam. s. materiā profundando intra
iuncturas ut dissocet iuncturas cū ipsa dissocet iā
cturas absq; repercussione similiter. i. per hoc q;

materia aliquādo ibibitur in ligamento de se et cō
sequenter ellōgatur ligamentum fit dislocatio iū
cture. ita et cū per repercussione profundetur mā
intezius habilitabitur iunctura ad dislocatiōez p
eundem modum per quem et aliquando dislocat
sine repercussione ut est dictum. et sic duplex p rep
cussionem in dictis iuncturis sequitur nocumen
tus quod non sic sequitur p repercussione in alijs
pp hoc. s. q; dicte iucture sunt magis profunde yn
de apposto repercussiuo. in dictis iucturis mate
ria magis profundatur unde fit difficilis resolutio
nis etiam propter illud disponunt iuncture ad
dislocationē scđm modum dictum. Et propterea
et ut supra dicebatur. Rñs i de iuncturis probi
bebat repercussiuā localia et frigida qđ in siatica.
etiam si a cā calida quodāmodo obureretur dice
batur tñ q; ubi esset uehementissimus dolor. ita
ut dubitaretur de dissolutōe uirtutis iā illo cāu ap
poneremus frigida prebeligētes materias ingros
sari et inrudari et iuncturā habilitari ad disloca
tionē qđ dissolutionem uirtutis et mortem et hoc to
tum pendet ex h q; tales iuncture sunt magis pro
funde alijs unde in alijs i principio fluxus et post
qđ aliquid fluxit de mā repercussiuo ubi in istis nō
sumus anxi repercutere dicebatur etiam super ti
morem esse in iuncturis spatule et sic pꝛ quō dō si
tica et dolore anche et genu est cura fienda ppria
ut dicit test^o noster. totum est clarū si declaratur
quid sit anche et sia et lz et supra sit dictū tamē et
utiliter hic repetetur. Et igitur notā q; an
cha ab auctorib? dupliciter accipi osuenit aliqñ
generaliter et cōiter pro tota nate et comprehendit
iucturam et costam aliquando pro sola iunctura
opposita ex osse anche et cosse. nā in osse anche ē
cōcauitas qđdam appellata pissa i qua egreditur
extremitas superior ossis cosse q; uertebuz appel
latur et in ea inuoluitur. Et ipsa cōi uocabulo et
large sumpta proprius dicitur anche stricte aut
sumpta dō sia et si apparet quid debeamus aliqñ
intelligere per ancham et aliquando per siam ita
p dolorem anche. et per dolorem sic in proposito
cum dixit cura magis propria siatice et doloribus
anche ibi anche sumebatur stricte et ly et teneba
tur expositiue ut esset sensus cura propria siatice
et doloribus anche et c. et hoc est quia sumendo
ancham large quilibet dolor in anche illo modo
sumpta accidens a materia fit a materia in loco
profundo recepta ut pꝛ consideranti et c. Et ex B
iam patet tota littera clara lege eam tu usq; ad
illam partem in illis uero et c.

In hac parte autem specialius prose
quitur ponendo curam
horum dolorum secundum speciales causas ip
sorum duo facit quoniam primo ipse ponit cu
ram magis sanguinee secundo flegmatice tan
quam plerunq; occurrentium secunda ibi illi vo
qui flegmatici ex eis et c. prima etiaz posset diuidi
quoniam primo ponit utilitatē flobotomie in tali
dolore secundo ponit utilitatem uomitus. et
solutionis partes patebunt legendo litteram

ctinuaq; primo dicit in illis uero. s. doloribus que
 de eis. s. mēbris sunt sanguinee d̄ rebus magis cō
 ferentibus eis est flōia p̄ cum per eam uenietur
 factā materia sufficiēter diuertatur et euacuetur
 Ideo addit. et iuuantur in dispositione. s. subito
 per flāam in primis. i. in principio factā ex manu
 .s. ex una brachij. s. basilica diuerse partis ut su
 pra est declaratur ad debite diuertē. deinde. s.
 in processu fluxa materia ad euacuā ex pede. s.
 fiat flāa ex safena uel siatica ut pa ulopost uidebi
 tur euacuā ab ea que dirrectionē hēt aspectum
 ad locū ut uenientior fiat euacuatio materie de
 inde ponit unaz regulā bene obseruā in cāu isto
 dixit. Et non fiat flōmia ex pede nisi post flāaz ex
 manu. et ratio est qm̄ si primū fieret ex pede que ē
 euacuatiua flāa et non esset facta ex brachio. que
 est diuersiua uerisimiliter stāte corpore pleno ut
 in principio multo plus atraheretur d̄ materia ad
 locum q̄ euacuaretur per partē. et hoc bene nota
 te. Idem esset dicendū in similibus. ut si esset apo
 stema calidum in matrice uel testiculis nūquā
 maxime i principio est fieri flāa ex safenis nisi pri
 us sit facta ex basilica. Et sit iuuamentū etc. Nūc
 cūter ipse ponit iuuamentum uomitus et solutio
 nis in casu et dixit.

Et iuuamentum fit ^{ex eis per uomitum.}
 hoc maxime uerum est cum alia materia est san
 guini mixta ut collera. uel ē collera sola. qm̄ per
 uomitū diuertitur materia ad oppositū et mate
 ria calida faciliter ē uomitu educibilis et addit d̄
 uentris solutiōe. Uentris autē solutio quando
 qz usq; ad finē postponitur. et adducit rationē du
 plicē. primo quia dixit et. i. qz est sufficiētia in uo
 mitu forti. forti. s. non tantum ad diuertē i prin
 cipio. sed etiam ad euacuā secundo ctinuat nō
 fit solutio per deorsum. ut non trahat solutio uen
 tris materiam ad inferiora unde si traheretur ēt
 ipsius pars faciliter moueretur ad ancham. Ad
 dicit nisi sciatur sit parua. s. materia quoniam stāte
 modica materia pecāte et corpore non repleto. nō
 fit timor in solutū uentris ne materia fluat ad an
 cham quoniam illa modica materia in uirtute po
 tionis uel solutiui deorsum per uentres educitur.

Addit cūter de bono. s. regimine est ut ieiunēt
 duobus diebus deinde slobotometur. s. ex appo
 priatis uenis qm̄ per tale ieiunium nisi corp⁹ m̄
 nis inflamaretur fit aliqualis minoratio materie
 unde natura redditur anara et sic materia nō red
 ditur apta ad fluxū suplet igitur uices flōie diuer
 sere. et hoc fieri posset in corpore timoroso ad flo
 botomiā de uenis magnis qm̄ quidam timēt illaz
 et nō flāam parā ut peduz et tunc illud ieiunium
 suplebit ut d̄cūm est si corpus fuerit de illis qui fa
 ciliter tollerant ieiunium ideo ctinuan̄ de uenis pe
 duz dixit. Et scias q̄ flāa siatice uene magis iuuā
 tiua ē in siatica q̄ safenne qm̄ dirrectioez habet
 aspectū ad flā q̄ safena ex quo flāa est in parte sil
 uestri natis situata ita et uena siatica ē in extrin
 sica pte pedis situata ubi safena ē domestica ad

dit tñ ut plurimū et dixit. ubi sit dolor leuior exten
 sas i siluestri. s. tibie et supple i domestica grauior
 parte tibie. ut aliqui ctinuat addit ctinuat. ymo
 sit purus. s. dolor in domestico et suple nō in silue
 stri declaratur. s. q̄ sit i domestico p̄ colorez ut. s.
 sit rubeus. s. color tibie cui⁹ extēso ex domestico
 suple sit tñ. Istō casū dixit q̄ erit tunc safena ma
 gis cōferens et q̄ uena siatica. s. ad slobotomādūz
 et hoc erit quoniā tūc illa uena siatica magis im
 mediate educet de mā cūcta ex quo expanditur
 per pte domesticā addit remouendo dubitatiōez
 quāuis ambe sint duo rami uene unius sicut bazi
 lica et cefalica in māibus suple et si sint rami uene
 eiusdez tñ i diuersis mēbris flāam in eis scā diuer
 se modo uenit qz in passionib⁹ capitis flōia cefa
 lice proficit. et nō sic basilice in passionibus autez
 epatis et naturalū magis proficit basilica et non
 cefalica flāa. Idē dico de istis ramis siatice et sa
 fene licet ex eodē truncho oriuntur tñ ineq̄ualr
 seruiūt quoniā illa que siatice magis ualent i pas
 sione sic et illa que safene magis ualent in passio
 nis matricis et genitalū in uiris ut expresse decla
 rauit. B. in suo de flōia distinctione tertia cap.
 quarto hoc dictū est ut plurimū pp̄ simile ctinuat
 tiam quā posuit. d. A. hic nā ubi māifestatur ex p̄
 se q̄ mā siatice intenderetur ad interius tibie uel
 pedis flōia safene ēt uenientior et hoc manife
 stabitur ex colore et dolore extēsis per partes do
 mesticam tibie quomodo autem basilica et cefali
 ca ab eodē truncho ramificentur et safena et siati
 ca etiam ab eodem est declaratum quarta primi
 cap. proprio ubi ēt ponitur ista flāa. ut hic et ego
 alias declarauī ipsorum uariā utilitatē in diuer
 sis et breuiter dixi q̄ licet ab eodem truncho rami
 ficentur quoniam tamē ad ipsos terminantur alie
 uenule parue a quib⁹ fit ēt euacuatio cū sit ab
 illis euacuatio et ille pte uerbi grā saphenarum
 imediatiorem habent colligentiam cum matrice
 q̄ cū flāa et eō uene parue ad siaticam uenam ter
 minates imediatiōez hēt cū flāa colligētiāz. tñ sit
 etc. Idēz debes intelligere de cefalica et basilica
 respectu capitis et naturalū. addit uerum. B.
 rememorat uenē safene. et uene curuature pollicis. i.
 in curuatura pollicis existente tñ. i. de istis facit
 mētōez tantum q̄ iuuāt i tali dolore siatico. s. in
 quodā de hoc speciali tractatu quoniā i suo d̄ flo
 botomiā d̄ siaticis uenis ad hanc utilitatē facit
 mētionez. Et addit et flāa uene curuature pollicis
 magis iuuatiua est q̄ uene siatice et safene siml.
 hoc ē uerū si intelligat diuertē quoniā euacuā
 non esset uerū cū p̄ illas tāq; p̄ trunchos maiores
 et dirrectioez meli⁹ possit euacuari mā q̄ p̄ istaz
 puam uenā q̄ est ramus alteri⁹ illaz s; ad diuer
 tē ut dictū est qm̄ pp̄ cām debilitat nō possemus
 ad aliam d̄iam diametrū diuertere tūc flōia illi
 us esset uenientior ut p̄ intelligenti addit. Et ex
 eis. s. uenis pedis que slobotomātur. s. in cāu isto
 est uena q̄ ē inter minimum et secundum pedis
 et slobotomatur post ipsam uena siatica quoniam
 primo facta slobotomiā diuersiua per aliam uenā

tunc convenientius fiet flobotomia euacuatiua p uenam faticam. ut dicebatur paulo ante de alia parua uena quoniam etiam talis que iacet inter minimum z secundum est ramus faticae sicut illa que est incuruatura policis est ramus safene. Et addit verificanda quod dictum est. Et dicitur q bec uena. s. in flobotomando in casu nostro est magis iuuatiua quaz uena faticae sit diuertendo sicut saluatiua que est in manu inter minimum z secundum est magis iuuatiua qz basilica in egri tudinibus epatis z splenis. hoc est uerum modo exposito quia ista saluatiua plus iuuat in egritu dinibus epatis diuertendo quaz basilica ut pater non tamen in euacuando. idēz igitur est intelligē dum de istis uenis minutis pedum ad comparatō nem faticae uel safene. Et sic patet littera clara lege eam totam sic exponendo usqz ad istam pte.

illi autem qui flegmatici ex eis zc. In hac secunda parte hu ius partis ipse ponit curam doloris faticae a causa frigida materiali. z duo principaliter facit quoni am primo facit. hoc secundo ipse declarat quomo do diuerse intentiones etiam quodammodo dīcēti concurrunt in applicatione emplastroz fortius in casu isto. Emplastroz quidez administratoz zc. primo z duo facit principaliter quoniam pri mo in cura huius ipse nos remittit ad ea q supra dicta sunt in cura apostematum grossorum. scdo ipse ponit unam descripi confectionis hermetis quam supra z hic in casu isto multum laudat. se cunda ibi. Et administratur post euacuatiōez zc. dicit igitur primo illi autem qui flegmatici ex eis currunt cursu apostematum grossorum. i. curan tur cura apostematum grossoz. Et verificatione curationis. i. per equales verificatur ratiōez utri usqz cura. hoc est si unum medicamen uenit in certo tempore in cura apostematum grossorum. idem etiam conuenit in proportionali tempore in dolore fatico cato a materia frigida nā utriusqz ratio est una ut patet consideranti. ideo addit in ferendo. Et propter hoc non oz ut sit presumptio ad ministrandum resolutiua fortia ante euacua tionem. s. in dolore fatico sicut etiam non conuenit in principio apostematis a materia grossa fortia resolutiua applicare propter id quod sciuiti cuz eis. s. remedijs que diximus. s. supra quoniam for tia resolutiua in principio facerent ebullitiōez in materia. z atraherent ad locum materiam z apo stemat consequenter augetur similiter si appo neretur in dolore fatico a tali materia esset filis timor. z sic de augumento doloris zc. hoc ē quod dixit lege litteram. consequenter etiam reperit. q dom de uomitu z solus uentris in casu z dixit. Et iam diximus. s. capitulo generali supra etiam hic paulo ante q uomitus iuuantior est qz uentris so lutio propter motus materiei. s. per solutionez ad partem doloris quia per solutionem materia mo uetur deorsuz z sic quodammodo mouetur ad locū doloris. et uomitus mouet eaz. s. materiam ab eo. s. loco doloris conuertendo in sursum. Et simi

liter Rasis uoluit i capitulo faticae dixit. z sic me mor. ut non utaris medicina lassatiua ante uomit um postea ponēdo uomitum in casu ueniēdo di xit. z de eis que bona sunt in eo. s. faciendo uomit um est ut fiat cum baurach z aceto utraqz ē so lutiuum ut dictum est supra dando cum aqua te pida est cōe z non multum forte postea suple in tendit qz fiat cum fortioribus z cum nucenōica z elleboro uel uirtute eius z similibus. de quibz ha buistis supra descripi ideo addit. Et cuz euomue rint cum uomitiuis fortibus quibus indiget in humoribus eorum frigidis grossis tunc oz ut occu peris uel cōsequeris id. s. talia fortia uomitiua cū subtiliatūis calefatiuentibus. s. localibus ipsa in forma emplastroz uel unguentoz supra anchā apponendo z ex ista littera colligitur qnūquam talia localia uomitiua debent apponi nisi prius factis talibus uomitiuis. z hoc bene notate ppter dubium tractus materie ad locum. sed si propter dolorem sint necessaria aliqua localia ante dcās euacuatiōez z ne appareat defectus in operāte tunc apponamus de illis que dolorem remittunt confortando z leuiter resoluendo ut supra dictuz est lege litteram quoniam est clara addit ultimo circa hanc partem ad retentionem cōis erroris Et est necessaria in flegmaticis de istis. s. passioibz Iterum quandoqz ymo multotiens flobotomia pz cañ ex his que dicta sunt supra quoniā licet ha bita intentiōe ad materiam coniuuctam uel etiā proprie antecedē in flegmatica non cōueniat flo botomia tamen habita intentiōe ad cāz ascedēti antecedentis. ut in corpore sanguineo uel aliter calido dubitando ne per caliditatem sanguinis uel collere cuz sanguine misto aliud flegma sub tiliaretur et sic ad iuncturam fluxerit isto cān ad infrigidandum et phibendum fluxum ad illā par tem lessam conueniens ē flobotomia et hoc sepe accidit ideo signanter dixit ymo multoties et sic est clara tota ista pars lege eam totam otinuum si placet.

Et administrantur In ista parte confe quenter postqz dedit modum circa euacuatiōez fieri post quas conuenienter in casu isto applicari possunt et interius et exterius ea que subtiliant prouocant et resoluunt pncipaliter intendit pene re descripi confectionis hermetis quaz supra Re ram hermetis appellauit. quoniam ipsa est i hoc casu mirabilis iuuamenti et dixit et administran tur post euacuatiōem cum eis que diximus. s. flobotomijs uel uomitu de medicaminibus. s. ex diureticis et ebibitis. s. ad itentionē dictā. iuuati bus ad dolorē iacturaru et ponit medicamen her metis dixit medicamē hermetis proprie. s. ueniē tissimum ē. Nā h medicamen est mirabile ualō. B. comedreos gētiāe aboz an. 3. 9. aristrolagie rotūde. 3. ij. seis rute sicce lib. i. terāf z cribellēf cribello sibili cui? doffis. s. in puluere sit coclesri um unum cum modico scilicet idromellis manife stum est ex simplicibus supra declaratis qno ist d

No

medicamen est multū prouocatiuū z exicatiuū
z iuncturaruū confortatiuū z educit per sudorē
ut supra dicebat et est timor usus eius in estate.
Ideo supra laudabatur i vere addit z administrē
tur et vaporaciones z embroce resolutiue z aque
termarum de quibus oibus dictū est supra quō i
hac intentione ualeat. addit quod si non excussat
.s. q̄ dictum est de uaporatōibus z embrocis zc.
tunc cristeriza. .s. cum cristeri forti excoziatiuo ut
dicebatur supra de mente Rasis dixit sic repero.
quoniam utile post purgationem maior cura sunt
cristeria que atra hant materiam tali attractiōe.
q̄ uulnerantur intestina z exire faciunt sanguinē
z tunc cessat dolor eadez die. quod ego uidi dixit
ipse. plusquam in mille hoibus z addit z nunquā
uidi aliquem. qui uteretur istis medicinis quin ex
toto sanaretur uel aleniretur nisi sit ita fortis. .s.
ca q̄ indigeret uisione h̄ ipse. Et ego dico pro
uero dum essem iuuenis doctor trium annorum
q̄ uisitaui unū armigerum patientem. siatica q̄
fuerat eger multis mensibus z cum feci sibi tale
cristere. z excoziatis intestinis fuit subito curatus
Circa hunc textum satis difficilez circa quem multum laborant expositores inter quos mihi ut videt' bugo sanus intellexit hunc passum. Notandū est qd digestio proprie i nocitino nō est nisi operatio quam operatur natura in materiam ut fiat obediens expulsionē z aliquādo licet raro ut ad benignum redducatur. Et ad hoc maxie opatur equatio humoruz licet nō sufficiat ut alibi est declaratum. Intentio enim digestiōis est equare humores in substantiā. Primū ergo qd intendit natura est substantiam efficere equalem ut dicit Auic. vnde stante vrina grossa equando ipsam p' subtilitatem ipsa digeritur z ecōtra subtilis digeritur equando ipsam per ingrossatōnem. Dico tamen q' ubi vrina ess' multū tenuis z clara stat principuz digestiōis in illa prima apparere i colore z nō in substantiā ut si cum ea miscetur modica quātitas subtilis colore per cuius p'sentiam dicta vrina aliquādo tingeret. nontamen ex illa colera modica z subtili sensibilib' substantiā vrine mutaretur in hoc casu facile est intelligere. Primo apparere digestiōnez in colore vrine quā in substantiā z secūdū hunc sensuz itellexit Auic. supra z Gal. in preallegato loco cuius ratio etiā supra dicta est qz huius color significat aliquales mixtionē colere cum urina non tamen tantaz qd possit dare tempatā substantiam. Non pōt tamē urina esse multum digesta z cum hoc tenuis qz al' sequitur quod prima operatio nature esset colorem dare quod est contra textum hic z rationē eius iam iam dictam qz natura primum intendit equationem in materia digesta ut habilis fiat expulsiōni qz colorem ut patet. Et hoc uoluit Auic. hic z sic patet uerificari et ueritas textus. Unicum concordia. lege l'faz etc. alioquin. i. si eēt pp' ter digestionem completam esset digestio in sub

stantia qz prima operatio nature in digestione est substantiā efficere equales etc. Et posset dici alioquin. i. qm' etc. Et propter hoc etc. ifert' correlatiū ex dictis. Et dicit etc. Et totum est clarū ex dictis

Cum autem Continuando dico quod de terminat de significatōibus urine tenuis z dicit etc. Notandū qd duplr' possumus intelligere in urina tenui apparere diuersitatem in citrinitate z rubedine. primo i diuersis partibus z regionibus urine. scdo quod totus color urine sit compositus ex his. Et primus modus intelligendi magis mihi placet. Tamē uterqz intellectus ē uerus qz color rubeus z citrinus i urina non fit nisi a sanguine et colera. Sed hi sunt humores calidi quare etc. Et dixit Auic. signāter tenuē qz nō repugnat vrinam grossam reperi cuius color est illo modo. s. primo diuersus. z tamen nō significaret laborem inflāmātem ad intellectum dicendum qz ut supra uobis dictum est de vria se. flegmaticaruz ille color sepe apparet z significat flegma putrefactum. Per laborem autē inflāmātem debetis intelligere nocentuz causatum a causa calida.

Et si Dic annectit alium canonē. circa vrinam tenuem. Et dicit etc. Ratio clara est. Nam apparentibus frustris sicut furfures ex quo sunt alba alterum duorum arguimus. aut qd deciduntur a membris albis paniculosis aut ab humore albo. Sed nulla existente egritudine in uesica nec alijs membris paniculosis sibi vicinis dico vicinis quoniā si a membris remotis resoluerentur ad minores partes diuiderentur ut supra est declaratum quā sint squame furfuris clare cōcludimus fieri ab humore flegmatico. Et qz vrina est tenuis necesse est ipsum eē adhustuz quia cum de se esset viscosum nisi adhustum esset ad herens omnibus partibus nec sic resideret sed qz nunc residet z grauitat quare etc.

Spissa autem In hac parte tertia huius partis ponit si significatōes vrine spisse hōi cōtrahēdo ad claritatem z turbulentiā z hoc in acutis se. z ponit diuersa significata et ponit distinctōem inter illa et dicit etc. Et dixit notanter acutis quia in alijs morbis materialibus non acutis posset hoc esse propter grossitiē humoruz. S3 cū i his acutis sint hūores subtiles nō pōt vrina eē spissa nisi a multitudine illaz materiez subtiliū q' lz sint tenues tamē a pluralitate ipsaz cū vrina reddi' vrina spissior nō tamē mltū s3 spissior quā cōiter acutis se. ueniat. z lz i eis appareat aliquotiens propter liquefactōem. s. adipis z pinguedinis qz ex his ipisatur urina ut p3. Signū autē distinctiū quādo fit hec vrina spissa in se. acutis a multitudine humorum subtiliū et quando a pinguedinis vel adipis liquefactione est ut dicit Auic. quia illa que fit talis ex presentia adipis cum squositate vriali cito cōgellatur qz adeps ē acree z subtilis s' ē nec illa manet in prima spissitudine cū qua mingitur

uel sicut ē in principio ymo ulterius post horam in spissatur non aut sic fit de alia &c. Et hec disceptio habet maxime ueritatem in estate uel aere teporato qz etiam spissa ex multitudine humorū subtilium posset in yeme congelari ut patet.

Adultimus In hac quarta parte & ultima huius partis ponit significationem specialem urine turbulente. & dicit &c. Et adducit rōnem &c. Et rō ē qz ad hoc qd apparet urina turbulenta requiritur qd partes terrestres omiscantur cum partibus aquosis urine. Et hoc non sufficit sed requiritur uentositas subleuans qz si partes grosse terrestres habent colores obscuros opacos uel fuscos essent mixte cū aquo sitate urine sine uaporibus uel uentositatibus illa sua grauitate descenderent ad fundum ut quisqz facilius pōt intelligere. Sed si adest uentositas iste partes grosse subleuantur & cum ceteris partibus aqueis omiscantur qd urina redditur turbida. vnde notandū qd licet uentositas & terrestitas sint factiua principia turbulentię non tamen ubicunqz ē terrestitas & uentositas ē turbulentiā patz qz aliquoties ē urina clara & fit turbida ut in tempore yemis & istud non ē qd de nouo uentositas generetur cum ipsa a calido fiat magis. Nō ergo urina turbida semper significat mixtionem partium terrestrium cum aqueis a uentositate. Expediit ergo ut dicamus illa duo dicta principia turbulentię. s. terrestitatem & uentositatem esse sufficientia ad turbulentiā cum certo modo mixtionis & non quocūqz hec duo ad inuicem mixta. Non enim quelibet pars terrestitatis mixta cum uentositate in aquositate urinali faciet urinam turbidam. ut satis claret intelligenti. Sed tunc qm res puia existens siue clara simpliciter debet turbari oportet ergo quod sit per aliquod aduentitiū. s. partium terrestrum & uentositatē ut patet satis ad experientiam in aqua clara que nunqz inturbaretur nisi hec duo principia aduenirent ei & sic de illa re puia loquendo ppō Auic. ē uera. Stat tamen cuz hoc ut diximus urinam clarā perturbari sine aduentu partium grossarum & uentositatē ut patet de urina posita in aere frigido qd &c. In qua prius erāt dicte partes sed non cum tali modo mixtionis.

Amplius uero Dec ē pars quedam principalis prius diuisa in qua Auic. dat nobis significationes de urina turbida & clara & maxime fm diuersa tempora. s. quando mingitur clara & inturbatur uel econtra mutatur aut manet qualis mingitur. Et diuiditur ps ista in duas. Primo ponit significationes generales magis de huiusmodi urinis manifestando nobis tres principales consideraciones aut significationes ex dictis urinis. s. de eis ponit significationes magis speciales ibi secūda. Urina quoqz multotiens &c. Prima in duas primo declarat tres principales consideraciones de urina turbida & clara ponendo etiam earum significationes. secundo cōparat illas ad inuicem in bonitate & malitia ibi scilicet illa uero que &c. Prima in tres secundū tres consi-

deraciones principales de dictis urinis. Prima ē in duas diuiditur secundū duo specialia significationes. Partes patebunt de prima dicit &c. Notandum quod per urinam tenuem in proposito non debemus intelligere ut contra distinguitur grosse s. clarā. Nec per grossam ut contra distinguitur tenui sed turbidam. Et ē patiens. s. ipsa materia gerenda non tū secūda totalitatem eius est patiens sed solum secundū unaz partem n. v. videlicet materia nature obediuit. Et addit Auic. scđo exceptio nem uolens non semper illam mutationem in urina significare laborem nature in maturando. Et dicit &c. qz dū adipēs liquefacti sunt clari apparent qm aut coagulantur ingrossantur & turbantur. apparerebunt igitur aliqui urina clara & post tempus turbatur & significat liquefactionē adipis ut uult Auic.

Aut dispositio medici inter primam & alteram. i. qz mingit turbida & manet talis hoc de textu Notandum qd has tres consideraciones de urina turbida & clara etiam ponit Gal. primo de crisi. c. xiiij. satis ad principium sed non eo ordine ut dicit hic Auic. Et dicit ibidem Gal. qd illa que mingit turbida & postea clarificatur melior est sibi opposita ēt que mingitur turbida & sic permanet etiam melior est q. s. illa que mingitur clara & postea fit turbida. Cuius contrarium inuit hic Auic. in textu & sic Gal. & Auic. dicit in significatione & comparatione illarum urinarū ad inuicē. Et Rabi Moyses quinta particula suoz afforismoz posuit ordinem S. et sic uerificat & Auer. v. collt saltem in duabus ponit eadem significationes ut Gal. Auicem. aut his auctoribus uideatur in hac parte dissonus qz prima significat scđm eum qd natura in digerēdo laborat cum ratione qz natura non ei obedit secundum eius totalitatem licet secundū partem patiatur. scđa significat digestionē factam scđm euz & alios proximam digestionem cōpletaz. tertia ebullitionem. Pro cōcordia horū auctoz & uerificatione lre notat qd in urina postqz emissa est remanet uel stigium impressionis calidi naturalis & preter naturam imprimentis in urinam. Contingit igitur inturbari urinam ex omixtione hu. mixtoz cū urinali aquositate a calore naturali uel preternaturali ebulliente. Sumitur aut distinctio in hoc qz si illa turbulentiā urine qm mingitur cōtingit potissime propter digestionem calidi naturalis sic omiscantis hu. cum aquositate urinali tunc adest uirtutis fortitudo ēt gradatiz acquiritur clarior & succedit quottidie quedam remissio in grossitie & turbulentiā. Et non est tanta confusio illa quin contenta in illa possint ad inuicem discerni sepata ab aquositate urine & hoc merito fortitudinis uirtutis potē sequestrare partes grossas a subtilibz. S. secus ē & omnino opposito modo si illa turbulentiā fit a calore preternaturali ebulliente & talz humores cum urina omiscante. primo qz ei non coniungitur durabilitas in fortitudine uirtutis qd Auic. notantez uoluit qm dixit. Et uirtus fixa qz licet aliquando coniungatur fortitudo uirtutis tamen nō durabit etiam cum hoc apparebit in illa maior cō-

confusio primum. ita quod non possunt discerni ab invicem distincte ut in prima et stat etiam illa turbulencia cum maiori obfuscatione et plurimum coniungitur virtutis debilitas ut iam dixi saltem in relatione ad morbum et in processu non clarescit immo perturbatur vel ad minus manet talis qualis prius in diebus antecedentibus. Sed dicitur si essemus in casu in quo urina dicitur manere turbida debet ne semper manere eiusdem dispositionis dicendum quod non negari est quando aliquando plus perturbetur vel mutetur sed non multum sensibile. Notandum ulterius quod licet in omnibus febribus putridis humoralibus per putredinem fiat ebullitio in humoribus non tamen in omnibus fiat urina turbida immo hoc raro accidit.

Ad hoc igitur ut fiat turbida exigitur quod materiam vel huius qui commiscetur cum urina sunt grosse et cum hoc habentes colores opacos fuscos et cum eis misceatur ventositas que fit nata tenere partes terreas fuscas cum aqueis ut heri declaratum est. Illa autem sic acquisita ad turbulencia urinae non semper reperiuntur in ebullitionibus febrium quod huiusmodi res possunt esse subtiles ut colera vel flegma subtile quare in his non apparebit turbida urina et forte propter opillatorem partes grosse non educetur cum ipsa aquositate urinaria verificand igitur. Dicendum est secundum mentem Galeni quod cum apparet urina clara deinde inturbatur significat quod nodum per naturam deventum est ad completam inspissationem et mixtionem humorum cum urina quod turbida vel spissa quando mingitur apparere possit. Sed statim fit illa mixtio a natura cuius signum est quod inturbatur post horam et hoc ex vestigio naturalis caloris remanentis in ea licet mixta sit clara. Si vero mingitur turbida et postea cito clarescit dicit Galenus quod significat quod modicum remansit de diversitate et augmento feruorum significat ergo digestionem de proximo completam. Et in hoc cum pace tamen Hugo non videtur bene intellexisse Galenum in hoc passu quando credit mentem Galeni fuisse quod ex illa urina significaretur intentio feruorum et quod solum ipsa appareat in augmento feruoris et ebullitionis sed hoc non est quod illa non apparet nisi in secunda parte status immo vult Galenus ut dixi quod significet completam digestionem de proximo futuram et maxime si clarificatur cum ipostasi aliquantulum laudabili non tamen simpliciter optima. Ut exempli gratia quod sit alba residens in fundo non tamen unita sed in fine quando aderunt omnes conditiones laudabiles ipostasis digestio erit completa et perfecta. Et ex his dictis concluditur secundum Galenum quod illa que mingitur turbida et clarescit est melior quam sibi opposita. scilicet que mingitur clara et obscuratur ut satis manifeste patet quod prima significat digestionem completam de proximo fieri facta autem non bene significat principium digestionis ut patet quod etc. Sed illa que medio modo se habet inter has quod mingitur turbida et manet turbida etiam significat medio modo quod est proximior quam prima in ordine nostro ut complete digeratur ut apparet in augmento vel statu. Est igitur melior quam prima et hec de dictis Galeni. Cum autem Avicenna dixit quod

urina que clara mingitur et postea turbatur quod significet materiam in maturando laborare bene dixit. id est incipit digere et hoc declarat ipse ut etiam supra dixi quod significat quod materia non undique obediit sed pro parte solum patitur digestionem a natura et non tota et hoc satis consonat verbis Galeni. In urinis autem que turbide emittuntur et sic permanet si fiat tales a calido naturali commiscere illa etiam est melior quam illa que mingitur clara et postea inturbatur quoniam illa fit in ultimo. Vel quasi status proxime complete digestionis et in alia significat quod nudum est ei motus a natura sed erit in proximo ut ibidem dixit Galenus. proximior tamen est illa digestionis complete que mingitur turbida et cito clarescit cum descensu ipostasis etc. ut uterque illorum voluit Et sic per concordiam inter hos viros de significato huius urinae licet plures concordare eos non possint.

In his ergo urinis consideremus principaliter nunc quid cum eis coniungatur fortitudo virtutis an non et nihil clarescant quotidie. Nam in Almanzoribus ras dicit quando sumitur signum maturacionis per grossiciem. id est turbulencia urinae hoc non est nisi quotidia die vel continue clarificetur aliquantulum ad minus et hoc a calore naturali. Et sic dicemus quod urina turbida manens est melior quam clara que postea inturbatur et optima que mingitur turbida et postea clarificatur et hoc semper coniuncta virtutis fortitudine. Si vero econtra fiat turbulencia a calore preter naturam ebullire faciente sine virtutis fortitudine facta tunc dicemus quod compando urinam quam mingitur turbida et postea clarescit ad illam que mingitur clara et turbatur quod prima est deterior secunda. Prima enim significat ebullitionem in materia. Sed secunda signum est future digestionis et mixtionis huiusmodi cum aquositate urinaria. Comparando autem illam que mingitur clara et turbatur ad illam que mingitur turbida et permanet turbida ut etiam comparat Avicenna in textu dico quod melior est prima quia ex hoc quod mingitur clara significatur aliquantulum vestigium calidi naturalis. secunda autem non fit nisi ab ebullitione facta a calore extraneo. quare prima est melior et maxime si sic procedit. id est reuertitur ad claritatem vel procedit. id est manet sic turbida. Et dicit Avicenna notanter quod sit melior secundum plurimas horas quod ut plurimum urina turbulenta non fit nisi a calido ebullire faciente. Verum ad saluandum etiam Galenus dicemus quod turbulencia per aliquando fit a calore naturali permiscente humores obfuscos cum urina ut aliquando in febribus materialibus salubribus virtute constante et hoc etiam innuebat Avicenna quando ita caute dixit sed plurimas horas et sic etiam patet concordia inter hos viros in comparatione istarum urinarum ad invicem in bonitate et malitia quare etc.

Urina quoque In hac secunda parte partis diuise ponit Avicenna quosdam canones per quos declaratur significatio urinarum interdum spissarum quantum ad bonitatem et malitiam. Et diuiditur pars ista in tres secundum d i

tres canō. quos ponit de prima dicit ꝛc. hic prim⁹
 canon deseruit nobis multum ad hec que supra
 dicit i sunt in compatione urinarum ad inuicē ubi
 dicebamus rationem q̄f urina que emittitur tur
 bida ꝛ manet talis est deterior ea que emittit̄ cla
 ra ꝛ perturbatur q̄ prima fiebat ex ebullitione in
 materia a calore p̄ter naturā facta ꝛ dicebatur
 q̄ ipsa significabat educationem materie ebullientē
 ꝛc. Nunc quis legitime posset dubitare an so
 lum fiat turbida a calore extraneo ebullitionem i
 materia faciente. Ad hoc dicit Auic. q̄ non so
 lum n̄z semper q̄ ut dicit Auic. hoc aliquoties fit
 solum propter casum uirtutis contentiue. s. ut in
 propinquis morti manifeste uidemus debilitata
 contentiua q̄ non solum expelluntur superfluita
 tes sed humiditas humorales naturales ymo etiā
 membrales que cum urina mixte eam perturbāt
 ut notum est. Et i hoc casu nullo modo fit illa tur
 bulentia propter expulsionem q̄ nec propter ebu
 litionem a calido extraneo nec expulsionem a ca
 lido naturali q̄ ꝛc.

Sed urina que Ponit sc̄m canōi. s. de urina clara perma
 nente clara ꝛ dicit ꝛc. Unde illa est deterior om
 nibus q̄ significat simplicem uirtutis impotentia
 in digerendo ꝛ omiscendo ac expellendo q̄ pess
 ma. Sed dices est ne illa spissa que significat uir
 tutis casum de qua immediate iam dictum ē ma
 gis mala q̄ illa diceñ. q̄ illa tenuis adhuc est de
 terior q̄ potest stare cum maiori debilitate uirtu
 tis q̄ grossa. Unde licet in corpore multum infri
 gidato ꝛ exinde eius contentiua permaxime debi
 litata humiditates a fortitudine contentiue uirtu
 tis non contineātur tamen propter extremam in
 frigidationem he materie magis ingrossantur ꝛ
 pori clauduntur q̄ in hoc corpore maxime debi
 li non apparebit urina spissa cum iste materie sic i
 grossate per poros constrictos non possint expelli
 fit tamen i hoc debili multā corpore urina aquo
 sa tenuis q̄ pessima ꝛ cum maiori debilitate. ut
 claret q̄ dicta grossa ꝛ ita istam claraz ponit. S.
 pessimam primo de crisi. c. allegato. Et hoc totuz
 de urina tenui intelligatur cū ipsa est modice quā
 titatis q̄ notanter dico q̄ i diabetica passione ali
 quando apparet taliter tenuis. ꝛ non tamen cum
 casu uirtutis sed tunc ē notabilis quantitatis ꝛc.

Et urina Ponit tertium canonem quia
 possit queri inter urinas spissas
 que est melior ad hoc respondendum cum men
 te Auice. ꝛ dicendum ꝛc. Et ratio est q̄ facilitas
 exitus multe urine ꝛ subito maxime cum bona se
 questratione arguit maximam uirtutis potentia
 ꝛ uigorem potentem multum omiscere ꝛ fortiter
 expellere ꝛ debite grossum a subtili separe q̄ ꝛc.

Cum urina In hac parte principali su
 pra diuisa Auic. ponit signi
 ficationes urinarū que sumuntur ex grossitie uri
 ne uel eius turbulencia sc̄m quod alteri disposi
 tioni coniungitur. Et tria facit quoniam prio
 nit significaciones que sumuntur ex grossitie cum

anera alia dispositione licet incidentaliter ponat
 canōi. de turbulencia. Secundo ponit signifi
 caciones ex turbulencia cuz anera alia dispositio
 ne ibi sc̄da. Urina turbulenta. Tertio ponit re
 gulas ad significandū de urinis extrauaganibus
 per res que in eis apparent non tamen ut yposta
 sis ibi circa finem capituli Urina que colori mē
 bri. Prima in tot quot ponit canones uel regula
 ut patebit i p̄cessu. prio die ꝛc. Quia si multa emit
 titur licet attenuetur tñ ex multitudine significa
 tur illam continuationem non fieri ex debilitate
 uirtutis uel opillatione sed ex uirtutis fortitudine
 potentis copiose expellere. Et notandum q̄ per
 hoc q̄ dicit sc̄m ordinem attenuatur non intelli
 gatur q̄ ad extremuz tenuitatis ducatur ultra me
 diocrem sed minoratur in grossitie uersus medio
 critatem ꝛ adaequationem ducitur ꝛ sic declarat
 ordinata expulsio materiezum peccantium ꝛ fm
 q̄ in corpore minoratur ita urine attenuantur

Et cum ipsa Ponit alium canonem ꝛ
 dicit ꝛc. Notandum quod
 similis sententia habetur quarta parti. affo. affo.
 vij. Quibus urine grosse ꝛ globose ab ipo. ꝛ a. S.
 in cōmento multum egregio. Et ratio canōi. ē q̄
 urina grossa ꝛ globosa non fit nisi propter materie
 grossitiem que non potest emitti nisi pauca ꝛ gra
 datim. Ubi igitur nunc multa ꝛ subito mingatur
 significatur obedientia materie ex dispositione ac
 quista ꝛ fortitudo nature ut patet q̄ ꝛc. Notan
 dum ex textu tamen cum debita intelligentia q̄
 ista littera dupliciter potest legi. Uno modo ape
 ritur. s. opillatio uiarum ꝛ dilatantur meatus. q̄
 ubi prius pauca mingebatur nunc multa emittit̄
 Alio modo aperitur. i. rarefit materia subtiliatur
 ꝛ digeritur ꝛ uiuiditur ꝛ sic iproprie loquitur Auic.
 et ulterius innuit textus quod illa urina aliq̄ o
 tiens expellitur in crisi fe. acutis. Sed contra il
 lud contingit dubitare quia acute egritudines a
 subtilibus dependent materiebus ergo in crisi ha
 rum minime apparet urina globosa per presentia
 harum materiezum sic inglobata ꝛc. Dicēduz
 quod ut plurimum materie acutarum fe. ꝛ aliaz
 acutarum egritudinum sunt subtiles non tamen
 inconuenit materiam aliquotiens in acutis esse
 grossam ut in cansōe facto a flegmate falso.
 Et hoc est quod Auic. caute dicit multoties pōt
 tñ li multoties referri ad alias egritudines reple
 tionales ꝛ erit sensus clarior ꝛ repletionales nun
 dum certitudinales. Et addit ꝛ ille quidem urine
 modus est extraneus. Et illud est notum ex dicto
 cōmento quia ut in pluribus digestio procedit in
 grossando ut quarto me. ha. Si igitur aliquando
 urina in principio est indigesta et grossa ꝛ in pro
 cessu attenuetur ratione cuius significemus dige
 stionem satis rarum est ut declarat Gal. ꝛ extra
 neum lege litteraz. Lum. i. quando ipsa. s. tenuis
 ꝛ multa et subito emissa ꝛc. Lum. hac enim ponit
 utilitatem istius urine in crisi.

Quando cum urina Pōit tertiu
 canonem et

dicit etc. Et concluditur hic canon ex duobus pre-
cedentibus tanq̄ correlarium ut patet intelligen-
ti etc. qz dictum est urinam grossam aliquando si-
gnificare malum ymo casum uirtutis etc. z q̄qz
boni qz uirtutem fortem in expellendo. Ut etiā hic
repetit. Et est canon notus qz urina multum sp̄s-
sa si in modica quantitate z paulatim cū difficul-
tate emittitur significat malum quantūcūqz sit
boni coloris nec color refert cum digestio princi-
palibus debeat substantie. Si autem in multa
quantitate z subito atqz cum facilitate eicitur si-
gnificat bonum cuius ratio nota est z sepe nūme-
ro dicta.

Urina spissa Nunc subdit canonez spe-
cialiē quando illa urina
significet bonum quia iam dictum est q̄ quā-
doqz bonum significat quandoqz malum z dicit
etc. supple aliarū egritudinum pendentū a grossa
materia m̄lica. Norandum qd̄ per cr̄isim h̄azū
egitudinum duo possumus intelligere ymo modo
actualem expulsionem. secundo salutem sequen-
tem uel cr̄isim alterationis. Hic tamen est sermo
de cr̄isim primo modo quia in actuali expulsione si
oportet expectare equalitatem quia natura in ex-
pellendo impeditur quia eam actu expellit p̄ uri-
nam non expectatur enim digestio in materia ex-
pulsā. Verum in processu. i. cr̄isim alteratiōis expec-
tatur digestio in ea etc.

Urina da ultimū Nunc ponit i-
cidētem regu-
lam etiā supra adductam de urina turbulenta
z dicit etc. Norandum q̄ per urinam turbulen-
tam in proposito debemus intelligere maxime in
principijs morborum apparentem z sic perseuerā-
tem z non de illa que in cr̄isim apparet vt splenis etc.
ut paulo ante dictum est quoniam nec ipsa signifi-
cat materierum multitudinem z naturam labora-
re in maturando ymo natura in expellendo impe-
ditur ut iam diximus z ratio littere est satis nota
qz illa urina apparente in principio morborum si-
gnificatur q̄ natura maxime incitatur ad expellē-
dum et hoc maxime fit a materierum multitudine
preferim in morborum principijs nunduz curata
materia etiā materia tunc temporis est cruda
z in hoc q̄ expellit si significat d̄nium nature sup-
eam in digerendo significat igitur hec urina in
principio morborum ut dicit Auic. etc. saltem nō
apparente debita sequestratione sed aliquali etc.

urina spissa Hec est sexta regula in or-
dine in qua Auic. ponit si-
gnificationes urine spisse ut alteri coniungitur. i.
quando in ea arenolum apparet sedimen et dicit
etc. Et littera propius uerificatur de spissa nō tur-
bida eo quod in turbida arenule nō possunt uide-
ri licet etiā de spissa turbida uerificetur qz om-
nis grossa non fit talis nisi a materia grossa com-
mixta cum urina. Unde si hec materia a caliditate
ita inspissatur q̄ ex ea uideantur siue appareāt
arenule z lapilli his perseuerantibus tantūdem
significatur fieri lap. q̄ etc. significatur lapis futu-

rus etc. lego litteram etc.

urina spissa Ponit significationes uri-
ne spisse quando per eaz
significamus apostematis uel opillationem. Et distinguit nunc hoc. Et seipsum declarat
q̄ non est multum hic standum quia littera cla-
ra etc. Et dicit etc. z alia ab istis ut quedam figu-
ra etc. Ulcerum in uestica. i. exiture uel ulceruz p̄-
prie qz ulcus quandoqz propter dolorem est cau-
sa noui apostematis z tantūdem eius rupture ita
q̄ dicamus q̄ apparente ulcere in uestica q̄ cogno-
scitur ex suis signis ad quod sequitur exitura p̄-
ter dolorem quem inducit ulcus que exitura rup-
ta facit hanc urinā spissā etc. Et subiungit Auic.
magis particularizando dictum suum signa acci-
dentia in quo loco uel membro apostema sit rup-
tum qz aut in gibbo aut i. concauitate epatis aut
pectore etc. Si at̄ esset spissa ut saniosa p̄ ap̄tio-
nem opillationū est sine fetore ut statim infra pa-
tebit. Et hec nō ex littera Auic. per quem cano-
lem materia a pectore ueniat ad urinam etc.

Et est cur Ponit regulam remotiuaz du-
bitationis qz quis posset dubita-
re vtrum apparētia saniei i. urina temper sit signū
rupti apostematis. Respondet Auic. q̄ non z di-
cit etc. Norandum q̄ euacuatur dupliciter pōt
exponi. Uno modo supple per artēz secūdo a na-
tura quia si corpus sanū. i. neutrum non actu egrū
habens laxitudinem in toto dimittit exercitium
contingit q̄ in eo congregabuntur superfluitates
in membris que in processu temporis digeruntur
z dispositiones uere saniei acquirūt. i. colorem al-
bum z consimilem modum substantie sed nō odo-
rem fetidum. Unde in hoc casu natura pōt hanc
materiam digestam per urinam expellere z appa-
rebit urina sicut pus uel sanies. Et dicit Auic. no-
tantez sicut ut nobis intelligere non esset uezum
pus ut expositum est. Et nota accidentaliter quod
sicut natura potest hanc materiam expellere per
urinam ita etiā per egestionem ut patet etc.

Et est Ponit aliam regulam credo nouam
in ordine. et dicit etc. Ratio h̄re nota
est qz propter opillationes fiunt urine tenues et
retinentur materie que naturaliter expelli debe-
rent quibus retentis disponuntur forte ad naturā
saniei licet non uere saniei ut iam dictum fuit in
canonē. in ultima clausula illius textus. Et talis
spissitudo non etc. Unde apertis opillationibus h̄
materia sic retenta a natura expellitur appare-
bit igitur hec urina spissa quare etc. Lozam ipso
idest in stomaco splene uel pectore etc. licet hec
urina ut plurimum fiat ex aperta opillatione in
uijs urine quia ex splene stomacho et concavo epa-
tis quātūcūqz opillantis. Si in eis aperitur opil-
latio potius materia retenta per secessum expel-
leretur et hoc vlt̄ quādo dicit. Hoc tamen sepius
ē ex parte epatis. i. gibbi eius etc. Et ex istis patet
quod hic canon etiā est remotiuus dubitationis
quia non solum in apertione apostematū et di-
uisione exercitij apparet vrina saniosa sed etiā
d 2

ex apertione opillationum ut dicit canon quem non lego qz clarus est &c.

Urina turbulenta ^{Dec est pars} principalis pars
tis supra diuise. In qua supra postqz imediate de
terminauit de significationibus sumptis ex spissa
urina secundum illud qd alteri dispositioni coniu
gitur. Nunc determinat de significationibus urie
turbulente etiam secundum consimilem disposi
tionem ponendo tamen de ea can. absolute. Et
diuiditur pars ista in tres secundum tres canones
quos ponit. Partes patebunt de primo dicit &c.
Ratio regule siue can. est. Nam stante casu na
turalis & uital uirtutis fere fit semper turbulencia
in urina. Nam uirtute non potente prohibere pu
trefactionem nec sequestrare grossum a subtili.
neqz potente continere hu. fluxuales sua grauita
te deorsum tendentes propter hec enim tria con
tingit urinam fieri turbulentam & addit textus qd
stante excessu casus uirtutis. uerbi gratia ex fe.
resolvente uel alia egritudine frigiditas supera
bit. Uno modo exponendo ut Dugo non qd uria
fit actu frigida ut aqua sed est remissa & modice
caliditatis pp caliditatez naturalē in hoc maxio
casu uirtutis esse conuersam ad cor & non impri
mere multum in urinam qz &c. Sed hec exposi
tio mihi non placet qz non adaptatur textui quia
remissa calim non infrigidat sicut illa que exteri⁹
infrigidat. s. aer frigidus & aqua exponatur ergo
& melius qd membra exteriora multum sint frigi
da & ad actuz infrigident. Et ratio littere secundū
hanc expositionem est qz i membris predominat
elementa frigida & maxime terra. vnde retractis
spiritibus ad interiora illa membra depaupata
calore naturali in uirtute elementorum frigidoz
reducunt se ad dispositionem suam & frigida ap
parēt ad tactum & sic stante uirtute multuz debi
li quod cognoscitur ex pulsu debilitate alijsz stante
frigiditate exteriorum membrorum apparet uri
na turbulenta posset etiā de urina in tali disposi
tione uerificari ut patet consideranti licet. de me
bris proprijs uerificetur qz &c.

urina turbulenta ^{Ponit alium} canonem de
urina turbulenta contracte qz tendente de turbu
lencia ad nigrum & erit remotio dubitationis & di
cit &c. Notandum quod per urinas pregnantū
possumus primo intelligere urinas earum in pri
mis mensibus sue impregnationis & tales sūt sub
tiles clare qz clausum tunc est os matricis ut ac⁹
non posset penetrare quare sunt propter hanc opil
lationem tenues. Etiam sunt colorate propter di
gestionem a spermate uirili. Et de istis urinis p
gnantium non est sermo hic. Alie sunt urine pre
gnantium in ultimis mensibus. s. quando propin
que sunt partui & tales sunt turbulente tendētes
ad nigrum quia tunc incipiunt aperiri matricis
meatus & expellitur materia menstrualis que ex
longa eius retentione secundum indiuiduum ali

qualiter corrupta est et quasi putrefacta licet se
cundum speciem hec materia adhuc sit natural
quare si hec materia miscetur cum urina claruz
est quod reddet eam turbidam ad nigrum decli
nantem quare &c. Et de his urinis pregnantium.
ut declaratum est hic est sermo. Dubitat tamē
Dugo contra secundam partem canon. non uide
tur quod hec urina fiat ab apostematibus longi
temporis quia apostemata longi temporis fiunt
ab humoribus frigidis ex talibus autem non pos
sunt resudare materie tendente ad nigrum quare
&c. Respondet ipse quod possunt tales urine
nigre turbide in talibus apparere primo quia ex
diuturnitate apostematis interioris cōdicatur epi
ti nocumentum quia epar non sequestrat urinaz
a sanguine & i principio illius nocumenti erit uri
na loture carnis recentis similis & in processu ma
gis ingrossatur & denigratur. Etiam & secundo qz
in processu ex longa putrefactioe materie ex apo
stematē aliquid putridi nigri resudat quod cum
urina mixtum eam denigrat. Et sic uult Dugo
quod humores frigidifacientes apostema in inte
rioribus diuturnum etiam faciunt hanc urinam.
& licet bene dixerit tamen uerba sua non faciunt
ad textum quia dicit Auice. Vabentium aposte
mata calida. quare dicatur exponendo textum d
apostemate diuturno a sanguine grosso penden
te ubi resudat illa virulentia urinam taliter tin
gens.

urina que ^{Nunc ponit tertiam conclu} sionem & ultimam circa uri
nam turbulentam. Et dicit &c. Aliorum. s. subiu
galiuz. & ratio littere clara est quia non fit urina
turbulenta nisi ex cōmixtione humorum grossoz
in urina cum uentositate eos subleuante. & Gal.
quarta pti. affo. in cōmento. lxxi. illius textus.
Quibuscumqz in se. urine conturbate uelur subiu
galiuz his capitis dolores adiunt. Ista ergo uen
tositas quia fit a calido nata est perere caput fa
ciet igitur capitis dolorem quare dicit Auic. hanc
urinam significare capitis dolorem uenturum et
supple presentēz atqz preteritum et sic est signum
rememoratiuum. Et significat albachal. i. stillici
dium quia si multa materia subleuatur ad caput
continue illa in cerebro conuertetur in aquam
uel flegma et descendet ad membra inferiora qua
re &c. Et cuz perseverat illa urina significat litar
giam quia significat continuum ascensum illarū
materie flegmaticarum eleuari ab ebullitione.
Unde causato dolore capitis materie nonne attra
hentur que calefacte quia putride & ebullientes
licet sint flegmatice tamen ratione calefactionis
possunt subintrare paniculos cerebri et causare li
targiam. i. apostema frigidum essentialiter in ce
rebro.

urina que colori ^{Dec est tertia ps} principalis partis
supra diuise in qua Auice. ponit significationes
quarādam urinarum merito eius quod in eis cōti
nentur et non vt uera ypostasis. Et diuiditur pars

ista in quatuor scdm quod quatuor ponit canon. scda ibi. Et quidam dixerunt tertia ibi. Urina at habens partes quarta ibi. Urina in qua uidentur De prima dicit zc. Verificando regulam duo sat consideranda media. Primo supponatur qd color principaliter debetur urine a permixtione humorum cum urina qd ab impressione in eam a coplexione membri. vnde superfluitat humores si miscentur cum urina uidemus urinam secundum eam colorum mutari z colorari similiter z sic e de superfluitatibus a membris decisus quod si cum urina miscentur ipsam colorant secundum colorem membri a quibus dicte superfluitates deciduntur aut superfluat. Ex quo supposito concludatur quod contingit urinam colorari colore membri cuius ratio clarissima est supposito quod superfluitates ab aliquo membro decise obseruet color em membri a quo deciduntur qd zc. Quibus declaratis ratio littere est talis quia si urina similis coloris cum certo membro diu perseuerat significat in hoc membro plurimas multiplicari superfluitates z hec multiplicatio no fit nisi a debilitate huiusmodi membri no potentis materias suas debite regulare z resolueri quare concludit cum Auic. qd hec urina sit probabile pronosticuz de egritudine illius membri futura dicunt alij z secundo uolentes litteram uerificare quod hec urina colorificatur colore partis membri decise ex pli gratia a parte uel partibus epatis decisus uel ab epate z urine omixtis z illo modo significat illa urina actualiter egritudine in membro illo ut satis clarum est. Dico tamen quod textus est ualde difficilis ad bene z fundamentaliter intelligendum Nam licet primus modus declarandi sit satis curiosus tamen intellectui non satisfacit qz quantuncumqz ille superfluitates sic decise a membris tingant urinam ad modum dictum tamen ego no intelligo quomodo diuersimode colorificentur ille superfluitates colore diuersorum membrorum officialium z instrumentalium qz color est secunda qualitas insequens proportionem primarum qd primo debentur simplicibus z non officialibus z sic non possum intelligere quo he superfluitates i colore diuersificari possint nisi quando essent decise a membro consimili. s. carniformi aut spermatico. Aliter preterea fortior uidetur fieri impressio in superfluitatibus decisus a membris sanis qd ab egris uel neutris igitur ex colorificatione urine secundum colores superfluitatum a membro decisarum magis ac potius debemus super sanitatem membri arguere qd eius certitudinem. Ideo concludo qd hic canon Auic. est mihi dubius z quod modi declarandi ipsum sunt magis apparentes qz uere concludentes z declarantes secundus naqz modus non uerificat regulam propter colorem in urina sed potius propter contentum in eo de quo non est mentio nunc sed infra.

Et quidem Nunc Auic. ponit secundum canonem de mente aliorum multum incidenter etiam merito alicuius conten

ti in urina z dicit zc. Notandum quod ex ultra parte canon. colligitur quod ex illa urina potest fieri tam a pure siue sanie aut a materia non saniosa sed a materia flatica adhusta a caliditate extranea z ad minimas partes diuisa. Nam existēte sanie in urina deducta ex ulcere renum uel uelice in modica quantitate contingit urinam in inferiore eius parte ab illa sanie inspissari z turbari licet superius sit tenuis z clara. Unde si tunc urina omiscetur aut omouetur ascendit ab inferiori parte nebula z totam urinam perturbat. Similiter dico si illud fla sit adhustum residet in fundo urine ut pluis si omouetur urinale ascendit ab illo fundo quasi fumus z puluis tota urinam turbas. z Auic. uult qd hec uria cu tali residetia nebulosa ul pulueruleta significat egritudinis plogatione ul nam oino non dominari. Et sic morte si per longum tempus apparuerit. Et ponit Auic. ultimo signuz distinctiuuz quando illud sedimen sit sanies a uis urine decisa aut a flegmate illo adhusto z puluerizato quia dicit quod cognoscitur ex fetore lego litteram.

Urinas autem Ponit tertiam regulam z dicit zc. Notandum quod per urinam habentem partes diuersas intelligimus urinam in qua sunt contenta in diuersis eius regionibus situata ut. s. ubi quedam sunt in fundo z quedam supernatant quedam in medio stant. Secundo notandum qd tales partes uel contenta ul sunt humorales aut membrales. Si primum hoc est dupliciter quia uel cuz laudabilibus qualitibus ut quod sint boni coloris z equalitate partium z sine fetore aut sunt opposite. s. cum malis qualitibus. Quibus notatis dicatur quod regula Auic. non habet ueritatem de illa que habet diuersas partes membrales que a membris decisus quia quato ille partes sunt maiores tanto peiores. Sicut neqz de humoribus male dispositis ut patet ex opposita ratione canonis. Si uero ille sunt bene dispositi z humorales quato maiores tanto meliores z de his loquitur Auic. z rationem sui dicti ponit Auic. in littera. s. quod significat potentiam nature z curiositatem eius in digerendo quare zc.

urina in qua Nunc ponit ultimam regulam z dicit zc. Et canon. satis manifestus est quia significant hec filla quod aliquid fuit retentum de materia spermatica in uis medijs quod tandem cum urina educitur.

Sed dices nunquid illa filla fiunt aliquando a flegmate aliquantulum adhusto descendente cum uria. Dicat qd sic sz distinguitur iter illa filla qz illa filla spermatica sunt magis splendida z alba z magis compacta siue comixta z congregata qz flegmatica. adhustio enim in flegmate ducit ad subcitritatem quare zc. Et cum fillis spermaticis coniungitur quedam unctuositas in urina z hec ratio quia ad actum uenercum aliquantis sequit supercalefactio que est causa dissolutionis non coniungitur autem unctuositas hec cuz fillis fleg

maticis quare etc.

Dixerunt quidam ^{determinauit &} Postquam Auic. ^{significationibus que sumuntur ex colore vt in secundo capitulo huius sume. Et de substantia urine & eius claritate & turbulencia ut in tertio capitulo heri expleto iam sibi placuit determinare de significationibus urinarum sumptis ex odore. Et diuiditur presens capitulum multum ellegans in partes duas quia primo Auicenas ponit dictum quorundam. secundo prosequitur ponendo sententiam suam propriam ibi secunda. Et nos quidem dicemus. De prima parte breuiter inquit etc.}

Notandum quod illam litteram non sic posuit rasis secundo conti. s. quod non uiderit secundum hanc clausulam. Sed bene dicit rasis scias quod urina sani non assimilatur urine egri. Sed contra sententiam istorum auctorum est dubium in pluribus casibus. primo in egritudinibus materialibus in quibus urina apparere potest similis urine sani. secundo etiam in materialibus ubi materia non coicatur uis urine quod uel effumat ad caput uel expellitur per secessum. tertio ubi per opillationes etiam in egritudine materialis materia non potest coicari uis urine. quarto ubi for. naturaliter sic colericus nunc sanus & in frigidetur propter naturam & postea calefiat caliditate non naturali ad eundem tamen gradus in intensione cum calore naturali primitus habito. in hoc enim casu posito sicut et in alijs casibus positis non uidetur urinam mutari ab urina que in sanitate apparuit in his corporibus. Et ubi sanus utatur spargis in cibo statim habebit urinam in odore similem cum urina egri. Restat igitur ut dicamus conclusionem Auic. simpliciter non esse ueram nec ipse in hoc est falsificandus quia non ponit eam de mente propria ut uideritis. Possimus enim saluare Auic. in omnibus & hic dicere quod conclusio sua uerissima est quia non aliquid inuit nisi quod aliqui sic dixerunt & hoc est uerum nec ipse dicit hoc esse uerum nec falsum. Sed solum alios se nunquam uidisse sic fieri & hoc potest esse ita. Nec Auic. uult inde concludere ipsi non uiderunt ergo non est ita quod simpliciter ponit conclusionem et hoc modo etiam sub sensu propositionis Auic. dictorum ipsorum de quorum mente ponit conclusionem est uerum. s. quod ipsi non uiderunt. Et sic si bene consideramus uidetur ipse saluare & glosare dicta rasis cuius uerba absoluta non continerent ueritatem ut patet in casibus supra additis. Possimus tamen nos etiam dicere saluando uerba rasis quod ipsa sint uera ut plurimum. s. ubi corpus dicatur incul pate sanum & pmutetur ad egritudinem putridam toti eodem conuersa materia ad uias urine & uniformi stante regimine quoniam sic intelligendo conclusio rasis est uera etc.

Et nos ^{propria de significatione odoris urine tria facit quod primo ponit significaciones ex priuatione odorum in urina. secundo ex positio odore urine. tertio de pmutatione certi odoris ad alius} Nunc prosequendo suam sententiam

secunda ibi. ^{La autem odorem habuerit fetidum. tertia ibi. In acutis egritudinibus. De prima dicit etc. morte nature. i. calidi naturalis. Notandum sicut colligitur secundo de anima & primo de sensu sensato odor fundatur in fumali euaporatio ne uel saltem sine illa non fit & est secunda qualitas licet de hoc dubitaret Auic. secundo canonibus inuit odorem esse in re frigida tamen dicatur finaliter quod odor non causatur sine re calida. Quo supposito pmissio facilius patet ueritas primae partis textus quod cum ab urina non resoluitur odor significat frigiditatem conclusionis ad quam sequitur humorum cruditas quare etc. Notandum pro alia parte littere quod in febribus acutis materia est calida saltem ut plurimum similiter morbus est calidus ergo ex parte materie & morbi in talibus febribus in urina debet manifestari odor. Si igitur non apparuerit odor significatur mortificatio calidi naturalis per uiam resolutionis. s. facta ita & taliter quod est ita debilis caliditas naturalis licet adhuc sit aliqualis tamen non tantus ut possit effumare. Attende tamen pro ueritate huius secunde partis quod Auic. dicit. Plerumque inuens quod non semper urina tenuis sine odore apparens significet illam maximam mortificationem calidi per uiam resolutionis quod ubi materia egritudinis mitteret ad aliam partem corporis ut in frenesi similiter ubi sit opillatio repletionis. in his enim casibus licet emittatur tenuis sine odore non tamen significat illam mortificationem sed extra hos casus regula est uera etc.}

Cum autem ^{Nunc secundo prosequitur ponendo significationem de odore positio urine. Et potest pars ista diuidi in sex partes patet. De prima dicit etc. Notate hic quasdam contingencias quas inuit Auic. prima stat urinam esse digestam & tamen habere odorem fetidum probatur quia digestio que debetur urine maxime sumitur ex ypostasi ut infra patebit sed stante sanitate in membris oibus excepta uesica humores debite digeruntur & laudabilis ab eis deciditur ypostasis que urina erit digesta tamen habebit fetorem in uesica. acquisitum. Contingit tamen ubi maximam sit nocuentia in uis urine ut renibus uel uesica quod est toti corpori illud nocuentum coicetur & una cum fetore laudabilis ypostasis fiat. Contingit etiam cum digestionem urine esse fetorem sine nocumento uiarum urine quia ubi humor putridus in uenis sit digestus & cum urina emittatur faciet fetorem licet sit digestus. Ad distinguendum autem an hoc fetor proueniat ex uicio renium uel uesice scriptum est li. iij. fen. p. p. de egritudinibus horum membrorum & he continencie partim habentur in littera. Ad distinctionem autem illius fetoris an fiat a uis urine an ab alijs membris dico quod stante sanitate in alijs subiectis exceptis uis urine & dicit prima contingencia iam supra posita stat urina digesta cum quibusdam squamis in fundo nec ille prohibet quod ypostasis sit bona. In tertia autem contingencia non apparebunt be. squame}

cum digestionem humorum. Et in secunda stringentia est urina idigesta una cum squamis et sic facilliter distinguens. Et addit tertius quod si maturatio non affuerit. scilicet in urina possibile est esse hunc fetorem in ea ex apostemate uiarum urine vel materiarum in membris dispersis non dico uenis siue ille materie hec membra apostemant siue si sufficit mihi quod sint putride illud secundum debet tamen esse raro eueniens quare Auicenna. caute dicit possibile erit. Et addit corollarium et dicit quod non stante no cumento uiarum urine et apparente urina fetida in his acutis febribus significat magnam putrefactionem huiusmodi in uenis erit igitur signum malum et dicit hoc maxime in acutis quoniam cum magna putrefactione difficulter corrigibili stante breuitate morbi acuti probabiliter sequitur mors non sic esset in chronicis dantibus inducias ad digestionem et euacuationem ut in flegmatica sepe contingit.

Et cum ad Hec est secunda regula quam ponit de significatione odoris positi in urina. Et dicit etc. ac redinez. i. acetositate. Pro intellectu littere supponendum est ut colligitur secundo de anima et primo de sensu quod odores dicuntur specificiter tales in respectu ad sapores et ex eisdem causis fiunt. Secundo notandum est quod sapor acetosus ut prima primi de humoribus dictum est fundatur in substantia aquosa subtili. Et duplex in ea producit. Uno modo per niam digestionis diminuitur quando est in uia ad saporem dulcem. secundo modo per putrefactionem resolutio calido naturali dominante extraneo ut in uino contingit quod fit acetum. Sed dicitur hi modo acetositatis inter se quod primus non fit cum acuitate nisi remissa ut manifeste uidetur in lacte acetoso et hoc contingit in multis fructibus immaturis. Secundus autem cum notabili acuitate ut in aceto. Ex quibus dictis infero quod odor acetosus urine uel significat putrefactionem humoris frigidi uel digestionem humoris acetosi non putrefacti cum urina. dicit tamen Auicenna. quod significat primum quia humor acetosus frigidus per naturam nisi coniungatur eum aliquam putrefactionem non est natus representare suum odorem quare potius de illo intellexit Auicenna. cum illo tamen stat quod est significet secundum. Et ne contingat circa ista dicta dubitari. Notandum quod si possibile per agitationem stringentem in urina dum mingitur quod contingat euaporationem fieri et putari odorem acetosum ab illo humore acetoso non putrefacto coniuncto cum urina magis tamen et multum percipietur hic odor humore acetoso existente aliquantulum putrefacto. Et ratio littere nota est ex dictis quod odor acetosus in urina non fit nisi per putrefactionem huiusmodi sed existere fortiter huiusmodi odore et facilliter perceptibili significatur quod est putridus quod etc. Unde si considerabitis hanc inferetis conclusionem quod hec urina acris uel acetosi odoris aliquotiens ut sepe in se. flatibus apparere debet. In febre autem acuta ubi materia non est frigide nature odor ille acetosus in urina non

potest significare nisi superationem calidi naturalis factam a calore extraneo ergo significat mortem

Dubitabitur autem statim quomodo presentata est mihi urina acetosi odoris et non existere corpore ego ita quod non sciam an acute febricitans an non quomodo ego distinguam inter dicta significata. scilicet an significet putrefactionem in huiusmodi frigido aut mortem calidi naturalis. Dicatur quod distinctio illa potest colligi ex iam dictis supra. quod acetosus odor in materia frigida non coniungitur acuitati sed est remissus acetositatis. Sed cum odore acetoso propter dominium preternaturalis calidi coniungitur maxima acuitas. Et sic habetis distinctionem quando hic odor acris significat putrefactionem in materia frigida et quando in calida et vos ipsi considerate etc.

Odor nero Ponit tertiam regulam dicens etc. Ratio littere clara est quod non fit talis odor in urina nisi per presentiam humoris dulcis sed nullus ex humoribus est dulcis nisi sanguis quod etc. Notate tamen quod distinctio horum odorum est multum difficilis nec bene percipitur nisi ab experto in arte ut satis patet quod etc.

Et que multum In hac parte respondet cuidam dubitationi que posset oriri quod diceret aliquis tu dixisti de odore acetoso et dulci quid significet. Nunquid est potest sumi significatio ex amaro. Respondet Auicenna. Et dicit etc. Ratio littere est quod odor fetidus fundatur in materia adusta exempli gratia ut est colera et illa multum fetet. Unde dicit rasis secundo continentis quod odor fetidus magna significat adustionem et salsum odorem. Sed diceretis odores sanguineorum magis sunt fetentes quam colericorum ergo terapeuticum ergo etc. Dicendum quod odor duplur est magis fetens uno modo quod horridior et magis extraneus secundo quod magis acutus in fetore licet non ita horridus possumus itaque dicitur quod sanguinei magis fetent primo modo et colerici secundo modo. Unde per acuitatem fetorum in urina colerica odor ille multum fetidus apparet non autem in sanguinea. Aliter tamen possumus dicere et secundo quod sanguis est magis fetens quam colera id est citius accidit sanguini putredine cuius fetet quam colore. Cuius ratio est manifesta quod siccitas ut dicitur quarto methaurore prohibet putredinem et retardat quod accidet in colera. Sed stante putredine in colera ipsa magis fetet. scilicet intensius siue acutius. Et tu accipe sensum quem uis. Subdit Auicenna. Et fetida ad ac redine. Et uult etc. Et per ac redine intelligere debetis ponticitatem. Et ratio littere clarissima est cum non fit alter humor qui habeat ponticitatem nisi melancolicus quare etc.

Quoniam urina Ponit ultimam et sextam in hac materia et dicit etc. Notandum pro fundamento herine et hodie ne lectionis ut colligitur secundo pronosticorum commento ultio quod odor fetens in urina non absoluitur ab humore putrido. ex hoc tamen non sequitur quod omnes res odoris fetidi sit putrida quoniam quedam sunt mixta que sunt naturaliter disposita sunt fetidi odoris. Ut secundo canone de assa fetida castoreo et similibus. sed ea que

naturaliter disposita non fetent si postea acquiratur fetor tunc talis fetor sequitur putrefactio vt in casu nostro. Notandum quod per corpus sanum vt etiam sepe supra diximus debemus intelligere non inculpate sanum sed neutrum nõ egruz formaliter. Unde si hoc corpore neutro materia purida retinebitur statim febricit. Si autem in tegre expelletur sequetur alleuiatio et hoc est quod dicit. Aut minorationem. i. euacuationem humorum putridorum ad quam sequitur eius minoratio in corpore illo et per consequens alleuiatio. etc.

In acutis In ponendo finem huic capitulo ponit conclusionem de permutatione odorum urine et dicit etc. Pro fundamento etiam huius conclusionis supponatur quod fetor arguat putredinem humiditatis in corpore. Et ratio littere est quia contingit nisi dupliciter remouere fetorem ab urina. Primo modo propter ablationem putredinis ut per euacuationem illius. putridi extra corpus aut eius remissionem in corpore et hoc aut a natura aut ab arte. Secundo propter remansionem illius materie putride in corpore a qua non decidatur quod misceatur urine et ipsam reddat fetidam. Unde dico. Si primo modo fiat non fetens est signum salutis et sequitur statim alleuiatio. Si secundo modo est significatio mortis quia significat uirtutem non posse expellere nocentem neque posse euacuare et hec est regula generalis et ego uobis eam generaliter introduxi. Verum Auice. particularizat eam in acutis egritudinibus. unde in istis egritudinibus regula est magis manifesta. Cum he egritudines s. acute minus dent inducias nature. Unde sicut subito urina in eis putratur suo fetore ita subito desequi quies. Et erit signum bonum quod si non sequitur alleuiatio est signum mortis calidi naturalis. Unde in morituris mala est illa permutatio odoris et sic est finis huius capituli.

Spuma accidit Post significaciones odoris urine determinat de significacionibus que sumuntur ex spuma eius et hoc pertractando duo facit. primo ostendit quomodo spuma generetur in urina. secundo ponit significaciones de tali spuma illi secunda. Et spuma quidem etc. Prima in duas secundum quod dat nobis duos modos generationis spume in ipsa urina. secunda ibi. Uentositas uero de prima parte dicit etc. Notandum quod spuma nihil aliud est generaliter quam diuersarum ampullarum ad inuicem comixtio vt secunda parte. commento. xliij. illius textus. Strangulatozum dissolutorum. Ex quo inferitur quod spumam non solum imaginari possumus in superficie urine sed etiam intra substantiaz urine ut in medio quod de facto contingit quando granula que sunt in ea ad inuicem comiscuntur. Secundo notandum quod ad spumam due concurrunt materie. primo humidum aqueum. secundo uapor aer uel uentositas proprie sumpta sub

inclusa. Unde collige hic contra quosdam quod ad hoc ut spuma generetur non requiritur humidum illud esse uiscosum sed ex sola humiditate aquea non uiscosa una cum uentositate potest spuma generari. Nam manifestat experientia quod in comotide aque simplicis fit spuma. Et per hoc habetur textus. Gal. secundo pronosticorum commento. xliij. illius textus. Viride sputum malum spumofum malum ubi circa medium comenti dicit. quoniam in humiditate tenui sicut aqua pura clara cui non admiscetur aliqua res quando aer clarus retinetur non est possibile ut moxetur in ea longo spacio quia hora etc. Concludendum est ergo expresse contra Dugonem quod spuma non solum fit a materia uiscosa ut uidistis experientia et auctoritate Gal. Unde concludendo ex dictis dicimus quod necessario ad spumam concurrunt dicta duo principia scilicet uentositas aer uel uapor et humiditas. Et licet ad hoc magis faciat aer et uincat quia subleuat non tamen simpliciter dominatur eo quod tenetur clausus inter certos terminos ab humido. Et ex hoc tanquam ex fundamento uidetur sequi quod quanto aqueum humidum erit uiscosius tanto erit aptius ad causandam spumam. Sequitur etiam quod quanto uapor inclusus est grossior tanto diuturniori tempore est nata spuma conseruari. Et sequitur quod talis uapor grossus aptior est ad causandam spumam quam aer et uentositas subtilis quia illa magis uiolenter tendunt in sursum ratione cuius magis diuidunt ampullas et non potest fieri spuma ex his ad inuicem mixtis. Ex hoc inferitur ulterius ignis et aer purus sicut terra non possunt esse materia contentiua spume. Prima enim duo scilicet ignis et aer purus non possunt uaporem inclusum continere. In urinis loquor nec terra est sic subleuabilis quare etc. Humidum autem aqueum est subleuabile et uiscositate sua aut modo substantie naturali omni modo diuisioni resistit quare consequens erit materia spume contentiua. Notandum consequenter quod licet particule cæ spume efficietes possint esse multiplices ad duas tamen principales reducuntur scilicet motum et calorem ut colligitur a Gal. in dicto commento affo. Nam motus agitando partes humidæ aqueæ et impellendo partes aqueas ad aereas uel uentosas causa est inclusionis aeris sub aqueo et sic causa spume. Caliditas etiam licet non sine motu locali possit efficere spumam tamen efficit eam subtiliando humidum et ipsum in uaporem conuertendo dicimus tamen caliditate esse causam spume quando ipsa principaliter concurrunt. motus autem consequenter siue secundario. Ex quo patet quod aliquotiens motus et calor simul concurrunt ad spumam generandam ut exemplificat Gal. de equis currentibus. Ex his patet uerificatio littere quam legam etc. Proiecta idest quando proicitur subincluditur aer uel uentositas etc.

Ventositas uero ponit alium modum generationis spume in urinis alius a primo. Et dicitur. In substantia urine et hoc quantum ad spumificandam substantiam urine. Et dat exemplum dominus Avicenna in littera de urinis habentium opillationem dicens quemadmodum in urina accidit. uoluit ergo illud esse signum quod spuma fit a uentositate cuius urina emissa cuius ratio est nota quia propter opillationes prohibetur calidi naturalis euentatio multiplicatur ergo uentositas propter actionem calidi non euentabilis in materiam. Unde talis uentositas emissa cum urina facit ad multiplicationem ampullarum et per consequens prebet auxiliu ad substantiam urine. i. ad spumificandam urine. Et sic introducendo litteram ipsa est clara. Notate tamen quod in habentibus opillationes multiplicatur ampulle non solum propter uentositatem in eis multiplicatam sed etiam propter aptam materiam continentem uentositatem. Nam in habentibus opillationes sunt materie ut plurimum uisose que commixte cum urina erunt apte in ipsa urina ad continendum uentositatem quare etc. Potest tamen aliter legi littera. scilicet quod uentositas prebet auxiliu. In substantia urine isto modo. quia in habentibus opillationes urina difficulter egreditur uentositas autem iuuat ad egrediendum stimulando ipsam naturam et sic prebet auxiliu. In substantia urine quia ad euacuandum liquorem urine ad modum dictum. tertio sic potest legi littera. In substantia urine. i. turbulencia et claritate quod ut supra dictum est si uentositas subleuat partes grossas obfusas erit urina turbida lego litteram. Et sic habemus duas causas efficientes ab Avicenna. ipsius spume primo motum quem innuit cum dicit projectionem urine. secundo uentositatem quam expresse audiuitis nunc in littera nominari. Et hec sunt prolixius dicta ubi bene intelligatur ea que communiter in hac materia latent apud intellectus scolarium.

Et spuma quidem Postquam superius dicitur Avicenna. posuit duos modos generationis spume unum per uiam micris et coassationis alium a uentositate cuius urina emissa ut clare heri audiuitis. hic consequenter ponit significationes que sumi possunt ex ipsa spuma. Et diuiditur in quatuor. Nam aliquotiens sumitur indicatio ex colore spume et de illa primo determinauit. secundo ex multiplicatione spume siue quantitate. scilicet discreta. tertio ex cita uel tarda eius ruptura. quarto ex paruitate et magnitudine partes patent quia una est ibi. Et est cum paruitate sui. Alia ibi. Et ipsa quidem significat et est tertia. Alia et ultima est ibi. Et parue quidem ampulle. De prima dicitur etc. Ad doctrinam perfectiorem pauca hic dicant auctores. Et est notandum quod apud modernos triplex reperitur spuma. scilicet granulosa et ampullosa mediisque modo se habens que proprie appellatur spuma. Granulosa est agregatio granularum minutarum circa superficiem urine. Et de tali spuma

dicunt uniuersaliter medici quod significat reuma de capite differens tamen. Nam dicunt quod si hec spuma apparuerit in superiori parte circuli quod significat multiplicationem humiditatis catteralis in cerebro et si fuerit magis uersus medium illius circuli significat grauitatem sensuum. scilicet materiam catteralem in auribus et naribus etc. Si uero magis infra ultra medium circuli tunc significat stillicidium materie ad inferiora ut pectus etc. et maxime ad stomachum. Dicunt etiam quod si commouetur urina et hec granule moueantur deorsum et si statim ascendunt et ad superficiem circuli reuertuntur significatur nocuumentum essentiale esse in cerebro. Si autem post hanc commotionem cito ascendunt ad medium circuli significatur nocuumentum membrorum faciei et sensuum. Si uero ad inferiorem partem circuli reuertuntur significatur nocuumentum membrorum inferiorum. Et dicitur quod talia granula constituenta spumam illam granulosa sunt ex stillicidio ictu materie catteralis super membrum in quo cadit illa materia. Nam ex tali ictu subincluditur aer uel uentositas quod modicus modica igitur faciet granula que per modum occultum miscentur urine et cuius ea emittatur. Et hic modus generationis illorum granulorum est satis manifestus. In his ubi fit ictus uel defluxus siue stillicidium illarum materierum catteralium sub quibus debet subincludi uapor uel uentositas parua et causare hec granula. In alijs autem ubi non est defluxus materierum illarum sed solum presentia illarum ut in cerebro ipso notum est ad experientiam quod tunc etiam aliquando apparet hec granula non tamen generantur ad modum dictum sufficit igitur dicere quod fiant a uentositate pauca subinclusa humiditate. Spuma autem ampullosa distinguitur ab illa granulosa in duobus precipue. primo quod ampullosa ad sensum magnas habet ampullas. secundo ipsa non tamen adheret circulo sed occupat quasi totam superficiem et ut plurimum per digitum uel .ij. Et de hac spuma ampullosa loquitur ypo. vij. affo. in textu continenti. xxxij. scilicet. Quibuscumque in urinis ampulle supernatant nefreticam significant et longam egritudine fore. Et talis sumitur significatio de ea ut potest colligi a Galieno in commento dicti amphorissimi quia significat pluralitatem materie crude cum eius uiscositate. Nam stante illa materia cruda uiscosa in corpore non conuenienter digestibili a natura. In iam materiam agens calor naturalis debilis respectu illius materie digerende aliquam eius partem in uentositatem conuertet et subleuet que tantum inclusus sub materia illa uiscosa multum extensibili et dilatabili magnam faciet ampullam. Unde apparentibus his ampullis magnis maxime arguimus materiam earum esse proximam uisus expulsionis urine. Nam si hec uentositas similiter materia contentiua eius ueniret a longinquo in duas presidiuiderentur. Nam igitur posset facere magnas ampullas scilicet granula pauca quod paulo ante diximus. Dicemus igitur quod ipsa significat magis crudam uisum

Emulsiōem

urine existentem. Spuma autem uera est media inter has in paruitate magnitudine ampullarum. Etiam non sic supereminet ut ampulosa nec sic diuisa est ut granulosa sed est magis continua circumculo. Et de illa proprie loquitur hic Auic. Et hec spuma aliquoties fit a caliditate forti quia faciente euaporare subtiliante et rarefaciente humidum et ita inclusa uentositate sub partibus humidi fit spuma. Et aliquoties fit propter uentositatem a debili calido inclusam in materia uiscosa et hanc distinctionem tacite innuit Auic. in textu et distinguitur spuma significans caliditatem multipliciter a significante frigiditatem primo per colorem spume et etiam urine. Nam si color spume sit niger uel citrinus significat caliditatem. Si albus uel linidus frigiditatem. Et si color urine cui hec spuma coniungitur attestatur caliditati hec spuma significabit caliditatem. Si contra frigiditatem. Sumitur etiam hec significatio ex modo substantie urine cui coniungitur. Nam si coniungitur tenuitati urine signum est caliditatis si spissitudini signum est frigiditatis. Dixit ergo Auic. circa hanc primam partem. Nam i yctericia significat caliditatem quia non fit hic color citrinus ut uidemus in yctericia citrina nisi a colera. talis autem est calida quare et etiam magis significat caliditatem quia aduersionem in materia quare et. Notandum quod quoadcunq; apparet spuma tincta tinctura citrina uel nigra signum est magne purgationis et expulsionis humoris tingentis commixti cum urina quia propter aerem uaporem uel uentositatem inclusum sub aqueo nec illud fuerit multum tinctum debet apparere album et ideo in urina colericorum non semper apparet spuma citrina sed ut plurimum solum in yctericiis ubi multa quantitas commiscetur bene urine ex hu. multum tincto. Significat igitur hec coloratio spume magnam mixturem humoris tincti cum urina ut colere citrine in yctericia citrina et nigre in yctericia nigra et.

Et est Ponit alium canonem quod aliquando significat sui magnitudine et paruitate. Notandum sicut etiam supra dictum est quod licet necessario ad esse spume requiratur aer uapor uel uentositas et humidum non tamen requiritur illud humidum esse uiscosum. ymo aliquoties substantia aquea resistens naturaliter diuisioni et continuitatem conferuans prohibet aerem uel uentositatem ne in sursum eleuetur et exaltet et ampulatur ut in aqua pura uideretur. Magna igitur spuma significat saltem magnam uentositatem et non semper nec necessario uiscositatem sed aliquando cum alia tamen dispositione ut magna durabilitate possit uiscositatem significare. Et sic non apparente colore in ipsa urina significante caliditatem uehementem hec spuma significat frigiditatem cum hec magna uentositas non a caliditate proueniat ut patuit ex colore fit igitur a frigido ualido et per consequens significat frigiditatem.

Magna autem et multa significat magnam uiscositatem et uentositatem et hoc maxime si diu perdurat. Nam licet a caliditate uapor potest generari et sub humido includi tamen quoniam caliditatis est rarefacere subtile et diuidere quare ampulle a causa calida et etiam ex parte subtilis aeris potentis esse supra aquam non multiplicatur nec perseverant nisi materia sit multum grossa et uiscosa patet igitur quod magnitudo spume simul cum multitudine significat magnam uentositatem a frigido factam et uiscositatem materie. Et ex hoc non inferatis quod multitudo spume cum paruitate ampullarum non tantam significet uentositatem et uiscositatem. ymo forte maiorem significat uiscositatem. Nam humidum sua uiscositate prohibet se eleuari. Idcirco ex multitudine ampullarum cum earum paruitate non debemus breuiter significare uiscositatem sed ex earum magnitudine. Et ideo tacite hoc innuens Auic. non posuit significationem de multitudine et paucitate et siue coniungatur paruitati aut magnitudini non fecit specialem mentionem. In hac saltem secunda parte littere de qua loquitur etc. lego ambas partes simul. Significat frigiditatem scilicet in pluribus ut non coniunctis signis caliditatis.

Et ipsa quidem Nunc ponit aliam significationem que sumitur ex cita uel tarda ruptura ampullarum et dicit etc. Notandum cum comparat ampullas in tarda uel cita resolutione et rupture comparat eas que sunt facte tales non ex ictu uel mictu aut alia extrinseca commotione ipsius urine quia ille ex se facilius rumpentur nec immediate emissam urina ex spuma arguas. Sed ex his semas significationes quas per longum tempus uideris in urina a tempore quo micta est aut aliter commota et hoc considerare. Notandum consequenter quod ampulle principaliter duobus reperiuntur modis. Uno modo per diuisionem medijs id est humidis continuantis et inspissationem uentositatis incluse sub humido. Nam uentositatis inclusa quando ingrossata conuertitur in naturam aqueam et ubi prius sub forma aeris existens nitebatur sursum moueri et sursum eleuabat humidum modo ingrossata non amplius sursum mouebitur nec membrum id est humidum continens eleuat quare corrumpitur ampulla. Unde dico state prima causa rupture ipsarum ampullarum. Ratio littere manifesta est quia si tarde corrumpitur significatur magna uiscositas eo quod ex tali fiat magna resistentia quare etc. Stante autem secunda causa rupture. scilicet ubi humidum sui grauitate descendat deorsum et dominans super uentositatem eam inspisset signum est multum dubium. Sed raro est quod ampulle stent per horam et quod isto modo secundo corrumpentur. Et causa huius est uestigium caliditatis impressum in urina et ideo si infra horam corrumpantur argumentum sumis probabile quod citius corrumpantur magis significat uiscositatem maiorem

continentis et quod magis cito minorem et sic de alijs quare etc.

Et parue Ponit ultimam conclusionem de significatione paruarum ampullarum que non fuerunt rupte. id est remanserunt. Et dicit etc. Ratio ista est nota quare sunt parue quia materia grossa non potuit multum eleuari et tarde rumpuntur quia medium continens est viscosum quare etc. et hic canon est de mente. Hali in septima pericula affo. est bene declaratus quare nunc transeamus subdit Auic. Conclusionem correlariam et dicit etc. Et per omnia urina significans hunc humorem est mala. Et frigiditate. id est. imminu ad quem ducunt uel a quo fiunt quia ab humore frigido etc.

In primis Dicamus etc. In hoc capitulo dat nobis Auic. doctrinam de significationibus sumptis ex ipostasi in ipsa urina. Et duo facit principaliter. Nam primo ipse ponit de clarationem quid nobis huius termini ipostasis secundum modum quo utitur ipsi medici. secundo profertur significationes et modos significationum ipsius ipostasis ibi secunda dicemus ergo quod etc. De prima dicit duo etc. Notandum quod ipostasis dicitur ab ipost quod est sub. et stasis statio uel stans quasi subitus stans. Et medici utuntur synonyme cum ipostasi alijs terminis. Ut sedimen quod in urina sedet. et residentia quod in ea residet et sic idem important dicta nomina. Verum proprie capiendum ipostasis ut medici capiunt importat omnem partem grossiorem in substantia in ipsa urina contentam sensibiliter a substantia urine separata. Et hec ultima clausula excludit urinam turbulenta quia licet habeat partes grossas non tamen separatas ab urine substantia quare etc. Et notate quod illud sic separatum ab urine substantia aut residet in fundo et proprie dicitur ipostasis aut in supremo et dicitur nebula absoluta uel nephilis aut in medio et dicitur nebula pedes vel noxia. Et dicitur nebula methaforice uel similitudinaria quia sicut in aere nebula apparet grossioris substantie ipso aere ita nebula urine est grossioris substantie quam substantia urine. Unde concludendo dicamus quod medici capiendum ipostasis put se extendit ad id separatum a substantia urine ubi quod in urina resideat declinant a rectitudine huius termini et propriissima eius significatione Et hoc est quod dicit textus etc.

Dicemus ergo Hec est secunda pars principalis huius capituli in qua profertur determinatio de significationibus ipostasis et diuiditur in duas quoniam primo Auic. ponit modos significationum ipostasis. id est. per quem modum ex ipostasi possumus significare. secundo requiritur de illis modis ibi secunda. Significatio uero. De prima parte dicit etc. Ex substantia sui an sit subtilis uel grossa ex quantitate. id est. multa uel pauca. Ex qualitate multipliciter ut colore et equalitate ut infra. Situ suarum partium uno modo. id est. uicinitate et propinquitate primum ad inuicem in

telligendo per situm uicinitatem. Alio modo situ per situm intelligendo proprie situm sicut deorsum et sursum uel sinistrum. Et loco sui an ipsa ipostasis in fundo resideat aut in medio pendeat aut supremo Et sic patet differentia siue distinctio si bene consideratur inter situm et locum quia locus totius ipostasis consideratur ultra situm partium eius quare Auic. etiam commemorauit post situm de loco. Et tempore. id est. ex tempore sui euentus. Utrum tarde uel cito appareat post urine mictum. Et qualitate siue mixtionis. id est. si commouetur urinale an ex hoc motu urinali aquositate commisceatur. Ultimo ergo Auic. quod ex his septem principaliter sumat significatio etc.

Significatio uero Nunc prosequitur specialiter de dictis modis significationum sigillatim et diuiditur pars ista in septem secundum septem enumeratos modos quos posuit. secunda pars ibi multum infra Ypostasis uero significatio ex quantitate ipsius sumpta etc. tertia ibi. Eius autem significatio in qualitate sui etc. quarta ibi ex ipsius uero situ. quinta ibi. eius autem significatio ex loco. sexta ibi. Significatio uero ipostasis ex suo tempore. ultima ibi. Significatio autem. De prima autem parte subintellecta diuisione quod duplex est ipostasis scilicet quedam naturalis quedam innaturalis Auic. duo facit. Nam primo determinat de prima. secundo de altero membro diuisionis ibi non naturalis uero ipostasis. prima adhuc in tres quia primo ponit conditiones ipostasis laudabilis et naturalis et significata eius. secundo ponit quamdam comparisonem inter illam ipostasim laudabilem et saniam laudabilem. ibi secunda. Et proportio siue significationis. tertio remouet dubitationes ibi. Et ipostasis quidem et sedimen. De prima parte inquit Auic. Et addit Auic. quarto colligit quod sit figura pyramidalis. Pro intellectu littere notandum. primo quod ex textu colligitur quod ipostasis. Quedam est naturalis et quedam non naturalis. et de naturali addatur quod quedam sit absolute naturalis scilicet que debetur corpori optime disposito et hoc secundum multos. Quedam naturalis non absolute sed est uicina naturali. Ut que debetur corpori sibi sano licet. non optime disposito. Dixi notanter secundum multos quia aliqui dicunt quod in corpore optime sano non fit ipostasis quia ut infra uidebitis non fit ipostasis nisi ex humore extra excutiendo sed natura optima talem non patitur ex quo ipsa tantum accipit quantum digere potest uel igitur remanet expellendum quare etc. Alij tamen dicunt motuum illud esse debile quia per simile posset concludi quod in corpore temperatissimo non deberet multiplicari sperma ex quo non remanet humor excutendus quod tamen est falsum et inconueniens quia aliter non daretur complexio temperata apta ad generandum quod absurdum esset apud intelligentes dicere quare et cetera. et de hoc magis

Dux e ypostasis

infra videbitur. Pro nunc autem dicatur quod in qua
libet digestionem etiam in corpore tempore et ex nu-
trimento convenientissimo aliquid refecatur quod esse
potest substantia ipostasis. Stat tamen ubi corpus
fit rarum et uirtus fortis et nutrimentum subtile quod
illa superfluitas sub forma ypostasis excutienda cum
urina per alias regiones corporis expellatur et non
per meatus urinales. Concluditur igitur quod nec in
sanis neque in egris semper fit ypostasis expectanda
ut faciliter potuistis iam intelligere. secundo colligi-
te ex textu. Quod ypostasis demonstratiue significat
digestionem et maturacionem naturalem. Sed hec
est longa dubitatio nam quod significet digestionem na-
turalis que fit in membris vel in uenis proximis me-
bris minutis multum aut minutissimis aut signifi-
cet digestionem epatis. Ut nunquid ypostasis
fit superfluitas decisa a secunda vel tertia digestio-
ne. Hanc difficultatem ob prolixitatem eius in presen-
tariis rescindam. Nam de ea facit tractatus lon-
gissimum plusquam oportet per quaternam tenendo quod
tam in sanis quam in egris ypostasis decidatur ex se-
cunda digestionem a materia. scilicet que refugit opatio-
nem nature in epe. id est que non sanguificatur de ma-
teria chilosa ideo alba apparet. Si dicatur con-
uenienter facta. Et pro positione sua adducit mul-
tos textus apparere sibi multum seruientes pre-
cipue textum Gal. primo pronosticorum commento
ultimo qui videtur hoc dicere in fine cometi. c. i.
quod est quod res que refugit naturam et operetur in
ea ex cibo apud conuersionem suam et ad sanguinem
residet in urina. Et alios duos textus. Gal. primo de
crisi. c. 13. habet etiam pro se rationes satis euidenter.
In parte autem opposita est contra scola medicorum
uolentium ypostasis principaliter significare super-
digestionem membrorum ita quod sit superfluitas ter-
tie digestionis. Sed in hoc diuersificatur. Nam qui-
dam uolunt quod superfluit a digestionem que fit in
uis minutissimis quando fit prima de secundis. scilicet in
extremitatibus paruularum. uenarum. Alij uero
dicunt quod sit materia que effugit oppositorem natu-
re quando secunde humiditates debent in membra
conuerti. Sed qualitercumque sit talis digestio et se-
cundatio fit in uirtute calis membrorum radicalium na-
turaliter alborum. Accirco debite disposita ipsa
dealbatur et pro positione sua habet singulare textum
ysaac in urinis et textum. Gal. primo de differentiis
februm satis manifeste saltem in urinis febricitan-
tium habent etiam ad hoc euidentes rationes. Quia
tamen questio hec non est ad opus multum utilis.
Accirco propter eius prolixitatem ut supra protesta-
tus sum non curo tractare materiam. Dico tamen pro
concordia que in duobus potest haberi uerbis quod in
corporibus sanis uidetur ypostasis decidi a secun-
da digestionem ut satis euidenter ipse plusquam con-
taor probat auctoritatibus et rationibus. In egris
autem a tertia digestionem ut dictum est in secunda
oppositionem et multum contra. Et hec pronunc sufficiat
patet igitur quod secundum unamquamque positionem ypostasis
naturalis debet esse alba. debet etiam descendere
iferius quod dicit Auer. quarto colliget quod digestio

est ingrossatio per mixtionem terre cum humido.
Ideo per inspissationem et ingrossationem debet in uri-
na consequenter descendere. Etiam illud originale
colligitur quarto metha. satis ad principium descen-
dit ergo cum ipsa ponamus solidiorem aquositate
urinali. Addit textus. Et eius partes trine. Nam
ex hoc arguitur fortitudo caloris digerentis et ex-
clusio uentositatis per digestionem. Nam si est diuul-
sa significatur aut materia non est obediens uirtu-
ti propter uentositatem inclusam aut aliquam hu-
midi causam. Aut significatur uirtus de se non esse
sufficiens debent igitur partes eius esse continue.
Et similes. scilicet in modo substantie et colore propter
eandem rationem ut supra. Et equales quantum ad hoc
scilicet quod partes ypostasis non magis accedant ad dextrum
quam sinistram ymo sic directe in medio uel equales
quantum ad partes extrinsecas et superficiales ypo-
stasis. scilicet quod una pars non sit alteri supereminens sed sup-
ficies eius sit equalis. et non una pars superimatur
et altera egrediatur. Et ex hoc sequitur quod sit rotun-
da non intellige secundum se totam sed secundum fundum. Do-
stea quod ad pyramidalem figuram ut dicit Auic. iij.
colligitur debet tendere. Cuius ratio est ex diuersis tri-
collecta ut dicit ibidem Auer. Una ratio est quia
natura intendit illam figuram ex quo calitas ipsa
digerens est calitas ignea licet non simpliciter et
ignis flamma naturaliter ad talem tendit figuram.
Uestigium igitur consequenter relictum ab illo cali-
do inclinatur ad talem figuram quod est. Aliter et secundo
quonia secundum talem figuram conuenientissime di-
sponuntur partes ipostatice que inequaliter sunt gra-
ues et leues. Unde dominante calis naturali et debi-
te commiscente partes graues magis disponuntur ad
fundum. Et minus graues magis sursum et leui-
ores adhuc magis sursum. Ita quod tandem in pyrami-
dem tendunt. Aliter et tertio dicatur etiam quod ubi
partes essent ynisiformiter graues tamen in descen-
su harum partium per substantiam urine acquireret
illa forma pyramidalis per hunc modum. scilicet quod
partes succedentes disponunt inferiores ad fundum
et alij succedentibus ad secundas comprimunt secun-
das versus primas eas concalcando et deprimendo
ipsarum grauitate et sic de alijs contra dicatur ut
tertius quare etc. Ita quod inferiores semper magis
pre se se habeant et magis dilatentur et superiores
minus et sic tantum in contra tendunt sursum et infe-
rius per compressionem basim faciunt. Et ideo alij
ipostasim bonam dicunt trinoideam. Et hic modus
manifeste intelligitur considerando figuram quod acqui-
ritur in cumulis. scilicet milij uel frumenti etc. Nam et si
partes in se equaliter sint graues secundum tamen descen-
sum ex dicto modo iam declarato acquirunt for-
mam et figura talis. scilicet pyramidalis. Dicit postremo
Auic. subtilis similis ipostasis aque ros. etc. Nam
substantia ipostatica non debet esse grossa compac-
ta ymo subtilis et rara. Ita quod cum mouetur urina
le dissoluatur ipostasis per urinam non tamen
inturbidet per eam. Et secundum hoc distinguitur
ab in naturali ipostasi ex materia flegmatica. Cui-
us partes sint grosse licet sint albe et non facile

Hipostasis quomodo sunt digunt

1. Similes

dissoluuntur et urinam inturbant ipsa dissoluta. Et ideo dicitur similis ipostasi aque ros. quia illa est subtilis rara et si commoveatur facillime aque commiscetur eam non perturbans. Nec medici potuerunt habere exemplum accommodatius quam de illa ipostasi. Et hoc quod dicitur lege litterarum multum clarum est.

Et proportio Postquam ut supra vidistis Auic. posuit condiciones laudabiles ipostasis et sequenter eius significata. Nunc ponit eius comparationem vel proportionem ad pus laudabile vel saniam et dicitur. Pro intellectum littere notandum quod licet quantum ad significare maturationem bene proportionetur tamen in multis alijs dicitur quia ipostasis est superfluitas secundum digestionem secundum plusquam Commen. uel tertie aut quartae secundum alios ut in superiori lectione audiuistis. Sanies autem non est superfluitas eius quod digeritur quod non sic refugit digestionem sed ipsamet digeritur. Secundo dicitur quod ipostasis laudabilis. Ut exempli gratia corpus sibi sani fit sine calore extraneo. In sanie autem qualitercumque laudabili concurrunt calor extraneus et sic ex hac parte dicitur. Dico tamen quod aliqua ipostasis conueniens non dico naturalis simpliciter uel absolute per hanc secundam dictionem non a sanie ut ipostasis conueniens decisa a materia putrida in se. que non distinguitur a sanie immo est quasi pus. Et hoc uoluit. S. io. primo dicitur in se. Residentibus in urina. In se. putrida melior est que a causa coniuncta deciditur. In aliquibus ergo ipostasibus est conueniens non tamen optima non distinguitur a pure per illud quod in hac secunda dicitur dictum est. Laudabilis tamen simpliciter dicitur quibus principaliter est sermo sicut patet. Dixi tamen quod in sanie committatur caliditas extranea non quod fit a caliditate ut multi dixerunt fundati super textu S. primo pronosticorum ultimo commento cuius uerba non concludunt pro ipsorum positione sed ex eis uidetur magis colligi oppositum quam propositum. Nam in sanie laudabili fit digestio a caliditate pure laudabili ut Auic. quarta quarti tractatu tertio cap. primo ad medium uolens saniam laudabilem ex operatione nature prouenire. Unde sic inquit. Illa enim operatio nature est secundum cursum naturalem et non generatur sanies nisi ex digestionem naturali etc. Uide et nota uerba sequentia. Et idem uult tertium quarti cap. de iudicijs saniei ad principium calidi dicens. In qua non est operata nisi caliditas innata. In his. n. locis et alijs non aliud colligitur nisi quod fit a caliditate naturali cui tamen associatur extranea. Et de mente sua uidetur colligi quod hoc non possit fieri sanies nisi ex materia supercalefacta caliditate extranea ipsius tamen digestio non fit nisi a caliditate naturali oportet enim si debet fieri sanies ut materia extranea a caliditate extranea et deinde digeretur a calido innato ita quod caliditas extranea non adducit ad speciem sed tantum naturalis. Et hoc posset latius declarari quarto methodicorum et secunda primi de causis caliditatis

tibus. Et idem uoluit. S. in dimento allegato per eos dicitur enim sic et bene ponderate uerba quod si caliditas innata egreditur ab equalitate sua naturali egressione multa putrefit san. sicut putrefit in corporibus mortuorum et si fuerit uirtus eius adhuc remanens accidit sanguini dispositio composita a dispositione extra naturam et dispositione naturali quare putrefit pars eius propter dispositionem in naturalem et quocumque harum dispositio num uincit tunc significationes operationis sunt magis uincit in colore et odore et substantia. Et quod tertius singulus est in materia ipsum uobis legam. Addit. S. In primis. n. non putrefit supple sanguis sed recipit primam maturationem secundum apparet in ea aliquid putrefactionis egressum a natura. Uerum tamen illud est peruius sicut dicitur Ipo. non habens odorem horribilem. Addit Sal. assimilatur sanies color membrorum radi calium assimilatione etc. Dicebat tamen Auic. in textu nostro quod sanies ab ipostasi distinguitur in hoc quod ipsa est spissa ipostasis autem subtilis. Et ratio partis est quod sanies fit in loco concluso saltem loquendo de sanie apostematum de qua est proprie sermo ut uidetur in clarificatione littere ubi materia non permiscetur cum alijs huius. quare resoluitur subtile remanente grosso ipostasis autem deciditur a re humida non conculcata et conclusa in certo loco ubi resoluatur subtile remanente grosso fit ergo ipostasis subtilis sanies uero grossa. Et dixi notanter sanies specialis apostematis quod ipostasis que deciditur a materia feti. putri. non distinguitur a sanie quod hec distinctio Auic. non haberet hic locum. Lego istam etc. Dicit ex pure laudabili arguimus super digestionem factam et maturationem naturalem in toto corpore. Et ex opposito colligitur sicut ex illa laudabili pure arguimus super imaturationem particularem membri. Ita est ex illa laudabili ipostasi super digestionem illa laudabilem factam in toto quod etc.

Et ipostasis Nunc in hac tertia parte remouet quasdam dubitationes et diuiditur ista pars in tres. Primo enim facit quod dictum est. Secundo abicit dictum quod rundam de quadam distinctione ibi secunda. tu autem non attendas. Tertio ponit quedam de bona et mala ipostasi ad ipsarum dictionem et conuenientiam ibi male autem ipostasis etc. Prima in duas. primo remouet unam dubitationem hoc aliam ibi secunda. Amplius plurime etc. Dubitatur suppositis dicitur additionibus ipostasis. utrum deficiente aliqua earum possit adhuc significatio illius ipostasis esse bona. Pro remotione huius dubitationis que satis legitime mota est dicit Auic. Respondendo ad dubium quod sic. Et inquit etc. Deinde addit etc. Notandum quod ex hoc textu primo colligitur quod omnis ipostasis est laudabilissima uel innaturalis immo est aliqua naturalis non tamen laudabilissima ut ubi una additio laudabilissime deficiat aut plures minus tamen numero quam laudabiles ita quod numerus laudabilium additionum maior

fit q̄ numerus illaudabilium. De n. ipostasēs sic
dispositē nec sunt laudabilissime nec innaturales
sed naturales licet non simpliciter ⁊ medio modo
se habentes ⁊ ex eis sumitur significatio bona
non tamen simpliciter ⁊c. Secundo notandū q̄
per hoc quod dicit licet tinctura ⁊c. Quod per tictu
ram hic non intelligit recessum ab albo ad rub.
uel citrinum sed colorificationem ipostasēs que
debetur ei in corpore temperato. Et sic ē sensus
littere. licet tinctura. i. color conuenientissimus
qui ei debetur in corpore temperato ut alii defece
rit addit Auic. Verum equalitas melior est q̄ illa
albedo. Ut uelit quod melius sit q̄ dicatur nō
alba sed equalis q̄ econtra. s. inequalis ⁊ alba. ⁊
ratio ē q̄ digestio in substantia melior est q̄ dige
stio in colore eo quod fortior actio calidi requirit
ad equandū substantiam q̄ colorem igitur ⁊c.

Secundo ipostasēs cum deficit una uel due cō
ditiones laudabilissime ipostasēs ut in pluribus p̄
cipue in fe. deciditur a materia cuius digestio nō
ē nisi preparatio ad expulsionem sed melius pre
parantur expulsionem per equationem substantiē q̄
colorem bonum q̄ ⁊c. Tertio. nam ipostasēs
pōt eē alba ex materia flatuca uel ex multa aeris
permixtione non concurrente principaliter ipres
sione uel alteratione in ipostasē acquisita a mem
bris radicalibus sed non pōt esse continua ⁊ equa
lis nisi a calido naturali exprimēte partes uento
sas ⁊ materiam equatē igitur relinquetur equali
tatem ipostasēs esse meliorem eius tinctura cōue
nientissima. Et pro hac parte fuit infra ras fo. vii.
⁊ Sal. cōmento. iij. epidimiarum. Ubi dicit quod
in fe. sepe apparuerit ipostasēs alba ⁊ diuisa ⁊
mortui sunt. Et sepe non alba ⁊ continua ⁊ equal
⁊ sanati sunt. Et sic his rationibus ⁊ auctoritati
bus patet ueritas textus Auic. Sz fortasse ex
tertia ratione iamiam uobis adducta queretis q̄
sit dīa inter ipostasim albam ex materia flatuca
alba sic albificatam a calido membrorum radica
lium. Et albam ex subinclusionē aeris. Dicendū
primo quod illa que ē alba a materia flatuca ubi
sit continua difficulter dissoluitur naturalis autē
faciliter. So q̄ diuisa ipostasē flatuca ex motu uri
nalis statim quietato urinali iterum. residet ⁊
ad spactionem reducetur non sic naturalis etiaz
illa que ē talis per inclusionē uentositatis ē diuisa
sed non sic naturalis neq̄ etiam flegmatica sz
ē magis spacta saltem ut plurimum ⁊ magis pe
tens fundum. Illa autem a uentositate magis in
sursum tendit. Et sic habetis distinctionē iposta
sēs naturalis ab ipostasē flatuca alba ⁊ ex uentosi
tate albificata. Et etiam dīam istarum duarum
ultimarum ad inuicem ⁊ considerate uos ⁊c.

Amplius Nunc remouet aliaz dubitatio
nem quia posset aliquis dicere
tu dixisti q̄ ipostasēs laudabilis debet esse alba.
Nunquid ipostasēs sit eiusdem coloris cum colore
urine ut plurimum r̄idet Auic. ⁊c. Et dicit ⁊c.

Notandum quod si lra intelligitur ut uerba ia
cent in corporibus temperatissimis nō esset uera

conclusio q̄ in talibus color ipostasēs qui albus ē
non assimilatur colori urine qui citrinus ē cuz ru
bedine aliquali. Sed in reliquis corporib⁹. s. lap
sis a temperamento optimo ut plurimum uerum
ē quod dicit Auic. s. quod in pluribus color iposta
sēs assimilatur colori urine ⁊ sic conclusio absolu
te stat i ueritate eo quod plures sint ipostasēs cor
porum lapsozum q̄ temperaturum. Et possum⁹
uerificare conclusionem de corporibus tempera
tis per similitudinez hoc modo. Sicut uel quem
admodum in corpore temperato urie debetur co
lor conuenientissimus. Ita etiaz eius ipostasē debe
tur color conuenientissimus ⁊ sic assimilantur hi co
lores in conuenientia licet sint diuersi q̄ vnus al
bus alter citrinus cum rubedine. Ratio autē lit
tere. s. quod hi colores ut plurimum assimilantur
sumitur ex hoc s̄m cōmunem op̄sionem iposta
sēs deciditur a tertia uel quarta digestionē etiaz
colorificatur urina ab eo quod defertur a locis
tertie uel quarte digestionis ⁊ urine cōmiscetur.
Et illud etiam cōmiscetur ipostasē ergo urina ⁊
ipostasēs eodem colorantur colorem. Dico tamē q̄
in corporibus sanis propter longam ⁊ maiorē fie
ri impressionē in materia q̄ deciditur ab eo quod
ē uertē in membra q̄ sit impressio que fit in
materia aquosa. Dico ē q̄ materia ipostasēs ma
gis apparet alba seu ad rubedinem tendit q̄ uri
ne substantia. Unde uidemus urinam coherici sa
ni non sic albam apparere sicut eius ipostasēs pp
ter causam dictam proportionatur tamen in colo
re. Addit Auic. Sed ex eis que diuersificatur
i. non sunt colorate colore urine sz diuerso alba
ē melior intelligatur. i. melior esse potest. Naz si
fiat recessus ad al. ab illa proportionali similitu
dine iam dicta inter colozes ipostasēs ⁊ urine. tūc
autem significat ille recessus meliorem fuisse fac
tam digestionem in materia ⁊ sic alba ē melior.
Si autem fit alba propter admixtionem materie
flatuce illa spazata ad ru. non ē melior q̄ illa q̄ ē
rubea significat sanguinem misceri cum ea ⁊ quā
to melior ē sanguis flate tanto melior ē ipostasēs
rubea q̄ alba ex pitia flatis al. q̄ non semper al
ba melior rubea sed esse potest. Addit lra ⁊ post
illam. s. albam ē rubea. Notandū q̄ distinguē
do rubeam in suos gradus. s. subrubeam rubeaz
⁊c. Dico q̄ recedendo ab illa melior ē ipostasēs
subrubea q̄ rubea non tamen quelibet. nā ex quo
ipostasēs rubea significat pitiam sanguinis. Qui
cum debet digeri aliquo aliter debet albari. Ubi
ergo sit in uia conuersionis ⁊ digestionis ex coloz
rub. permutabitur ad subrubeum ⁊ sic melior est
ipostasēs subrubea q̄ rubea. Sicut etiam sputū
subrubeum ē melius q̄ rubeum ut prima affo. ⁊
dixi notanter non tamen quelibet q̄ contingit q̄
ipostasim fieri subrubea ⁊ propter mixtionē aquo
sitate cum sanguine. Cuius digestio fiet per sepa
tionem ⁊ dissolutionem aquositate a sanguine ⁊
illo casu melior ē color rub. in ipostasē q̄ subru.
Nam significabit ratificationem epatis ⁊ natura
lium uirtutum. De hac autem distinctione nō qd

ipostasis fit subrubea propter complementum digestionis aut propter mixtionem aquositate apud doctum clare sunt distinctiones. Addit textus et post rubeam est citrina. Ratio littere clara est. Nam illa significat coleram naturalem que post sanguinem est humor laudabilior. Post eam illa que est ut arsenicum. i. citrina declinans ad albu subrub. Ratio est quia significat coleram vitellinam que deterior est quam citrina quam et. Et malicia et. quod significat caliditatem et adhesionem.

Tu autem Hac in parte remouet sententiam quorundam. Nam quidam dicebant quod albedo in urina melior est quam debita substantia ad remotionem igitur huius erroris dicit tu autem non attendas alitadas. Et rationem adducit.

Mala autem Consequenter dominus Avicenna ponit quedam de ipostasi mala et bona. Et duo facit quod primo facit hoc. scilicet remouet quasdam dubitationes ibi factas. Et hec quidem prima in duas. primo ponit unum de ipostasi mala. scilicet ponit quandam differentiam inter ipostasi bonam et pus ibi secunda. Verumtamen pus et. De prima dicit et. Notandum quod per ipostasi malam intelligit malam secundum aliquam malitiam ut coloris quod nigra uel substantie quia pinguis. Dicit quod si talis fuerit in continua dicitur esse melior quam si fuerit continua. Pro quo est secundo notandum quod talis ipostasis potest dici continua dupliciter. Uno modo ut dicatur continua continuitate temporis ut omnibus diebus talis appareat. secundo modo potest dici continua continuitate partium et per oppositum dicitur discontinua. Et quocumque intelligatur littera est uera. Nam apparente ipostasi mala secundum se et non continuitate malitia in tempus melius est quam si continue mala appareat. Ratio est satis clara. nam si talis ipostasis mala continue mala appareat arguitur impotentia uirtutis ad non corrigendum malitiam materie et rebellionem materie ubi simul aliquid ad bonum conuertatur significat materiam non omnino esse rebellem et aliquid naturam dominari. Et hac continuitatem quidam appellant equalitatem ut Hippocrates secundo pronosticorum textu committit maxime secundum antiquam translationem. Et dicit theophilus exemplum familiare ad hec. nam manifestus est hic uidere in pulsu. Nam ubi pulsus dicitur in perfectus uel aliter malus deterius est talem pulsus malum continuum esse quam non continuum. Si ergo continua fuerit mala et. Sed in etiam secundum sensum littera est clara atque uera. Nam ipostasi mala incontinua secundum partes arguit uictoriam cause preter naturam. Nam fit continua propter caliditatem adurentem uel frigiditatem congelantem apparente igitur ipostasi innaturali ubi fit continua arguitur de prauiditate fortiori. Ita quod obtinet super materiam siue sit caliditas extranea siue frigiditas congelans et sic significatur de remissione uirtutis quod ubi uictoriam tenet caliditas preter naturam uirtus ibi debilis est. Ergo

sequitur et ipostasis mala si fuerit continua continuitate temporis uel continuitate partium illa deterior est quam incontinua et hoc uoluit Avicenna. in hac parte quam lego.

